


Constitutiones Congre gationis presbyte rorum sãcti Sal uatoris florẽ.







¶ De origine Congregationis Presbyterorum quę dicitur sancti Saluatoris / ex uetusto ipsius Congregatio nis libro desumpta.

ANno millesimo Centesimo Trigesimoprimo Sacerdos quidā Vallis pesę i nomine Amadeus / ob negocia quę dam Florentiam se conferens: cum ea die efficere non potuisset ea quorum causa in urbem uenerat / noctu in diuersoriam domum quę prope sancti Petri scharadii ędem sita erat / cum clerico suo sese recepit: Cum post cęnā in lectū ambo se contulissent / ecce quidam nō sine strepitu cum Meretrice in lectum se coniiciunt: ibi impudica uerba ac facta exercent. At sacerdos clerico suo magis q̄ sibi timens / q̄primum hæc percepit e lecto desilit: & clericum desilire iubet: atq; ille intempesta nocte prope paruulum igniculum manet: ibi pernoctans / cum lachrimis diuinū officiū dicebat: atq; orabat i corde suo deum ut locum aliquem parare dignaretur Florentię: in quo aduenę Sacerdotes honeste sese nocturnis horis recipere & quiescere possent. Dum hęc orabat / iam aduenīente diluculo aliquantulum somnus illi ad ignem obrepsit. Dormienti autē Dominus Iesus in peregrini effigie apparens / ita loquutus est. Honestas preces tuas exaudiui. Quā primū dies apparebit / uade ad ecclesiam sanctę Cecilię quę non procul hinc sita est: & eius ecclesię Sacerdoti omnia quę tibi in diuersoria domo euenere & uisionem istam: ac uerba mea enarrat: atq; his dictis abiit uisio. Amadeus iussa domini nostri Iesu christi exequutus est. Sanctę autem Cecilię Sacerdos qui approbatus uitæ ac famę erat / his auditis ac celebrata Missa / ad Abbatiam quę Florentię prope palatium Prętoris sita est / cum Amadeo se contulit ad Abbatem Azonē: uirum probitate uitę ac fama insignem: eiq; Amadeo illatas molestias atq; iniurias ac Domini reuelationem ex ordine enarrauerunt: Consilioq; inter se habito rem Episcopo Florentię referēdam censuere: itaq; cum Abbate Azone Episcopum adiuerunt. Vix ingressis ultro citroq; dicta salutationē Iohānes urbis Florentię episcopus / an

re q̃ illi aduẽtus sui causam exponerent / repente primus exor diens ait. Propter somnium quod mihi hac nocte euenit ad/ miratione ac stupore affectus sum. Dominus enĩ Iesus Chri/ stus in peregrini effigie apparere mihi uidebatur / ac iubere ut locum in quo Sacerdotes aduenę & peregrini honeste reci/ perentur Florẽtię pararem. Tunc illi / & nos inquiunt hanc ob causam ibamus ad te / nescii quidem habitę a te appari/ tionis: sed nunc admirandę rei symbolum cognoscimus. Au/ dies quae enarrabit Amadeus. Narrauit ille uti in diuersoria domo impudicitiis offensus / noctem insonnem inter lachry/ mas ac suspiria orando ad igniculum duxerit / uti somno oc/ cupatus Dominum Iesum in ea effigie quam ille narrauerat / cõspexerit: dicentem eius a se preces exauditas: & ut sanctę Ce ciliae Sacerdoti rem gestam referret / se retulisse / ductum ab eo ad Azonem huc cum illis peruenisse / nõ esse dubium uo/ luisse Dominum Iesum se accipere ab Episcopo testimonium ac fidem se non fuisse illusum / uere Dominum exaudisse ora tiones suas. Quamobrem Iohannes episcopus hac enarratio/ ne confirmatus / iussa domini exequutus est. Facto enim ĩ Ab/ batia (quam diximus) eius autoritate plurimorum Sacerdo tum & ecclesiarum Rectorum conuentu / habita concione su/ per hac re / fusis ad deum multis precibus / Constituti sunt sex Sacerdotes ecclesiarum Florentię Rectores: qui Sacerdotes ad/ uenas ac peregrinos hospitio susciperent. Rector sancti Ru/ filli ad portam urbis quę dicebatur porta Domi: idest cathe/ dralis ecclesię. Rector sancti Petri cęlorum / ad urbis portam quę dicebatur porta sancti Petri maioris, Rector sancti Flo/ rentii ad portam quę dicebatur porta sancti Petri Scharadii. Rector sancti Petri bonconsilii / ad portam quę dicebatur por ta sancti Pancratii. Rector sanctę Lucię / ad portam quę ho/ dieq; dicitur porta omnium Sanctorum. Rector sanctę Lucię de Magnolis / ad portam quę dicebatur porta burgi. Hi sin/ guli excipiebant hospitio aduenas Sacerdotes ruralium eccle/ siarum: qui pro negociis suis Florentiam uenientes ingredie/ bantur per eam portam ad quam ab Episcopo constituti fue/


rant:ob hanc causam hi Rectores portarii appellati sunt: atq in hunc modum unius Sacerdotis molestia ac scandalum Dei misericordia aliorum cōmoditati consuluit. Exercebant igitur Portarii hęc pietatis & hospitalitatis opa. Interea uero Pręsul Iohannes stationes in ecclesiis Florentię bis in hebdomada facere aggressus est: quarta.s. & sexta feria: coactis enim secum urbanis pręsbyteris nunc in una ecclesia nunc in alia Missas celebrabant quarta feria pro peccatis: feria sexta ad honorem sanctę Crucis: multasq; helemosynas suis sumptibus erogabant incarceratis: puellis nubilibus: aliisq; pauperibus: Adeo q̄ propter hęc boni pastori & bonarum ouium pia opera populus ad magnā deuotionem excitatus est. Itaq; laicorum nōnulli diuitias suas huic sancto Sacerdotum collegio committebant pauperibus erogandas. Hoc modo & aduenę Sacerdotes recepti / & stationes in urbe celebratę fuerunt annis ducentis fere / usque ad annum salutis Millesimum trecentesimum undecimū. Quo anno Dominus IESVS iterum in peregrini effigie una & eadem nocte Antonio urso Florentię urbis Episcopo / qui paulo ante Fesulanam ecclesiam rexerat & nōnullis Rectoribus florentinarum ecclesiarum qui in illo sancto Sacerdotum collegio annumerabantur / in somnis apparens imperare uisus est / ut hospitalem domum conderent ad Saluatoris mundi honorem: eamq; domum Dei appellarent: in qua rurales atque aduenę Sacerdotes amore Dei exciperentur. Quamobrem collata īter se uisione ac iussu Domini / Episcopus cum aliis Sacerdotibus urbis fusis ad Deum precibus / celebratis Missis ac processionibus / emerunt libris pecuniarum mille sexcentis quinquaginta / agrum in quo hospitalem domum cum oratorio quę nunc sancti Saluatoris nomine / a collegii sancti Saluatoris pręsbyteris habent / ędificauerunt: pręfectos eius fabricę constituerunt uenerabiles Pręsbyteros: Ambrosium sancti Laurentii Priorem: Vgolinū ecclesię Apostolorum. Orlandum ecclesię sanctę Cecilię Rectorem & Amatum oratorii sancti Andreę de ripa. Absoluto opere intra biennium: idest anno christianę salutis Millesimo trecentesimo ter

tiodecimo Prima dñica Augusti: Eps idẽ primus in illo orato rio Missam solenné celebrauit: & ad populũ q processionaliter Epm sequutus fuerat / sermo ibidem habitus est: atq; ab eo die eodẽ oratoriũ consecratũ. Hęc de uetusto Congregationis no strę codice descripta / nos docẽt quãta diligẽtia aduigilandum est: ne a Saluatore nřo constitutũ opus male tractemus: Ma/ledictus. n. homo q opus Dei facit negligẽter: Hoc autẽ a no/bis non aliter fiet / nisi cum non nos ipsos neque commodita tem nostram: sed Deum ipsum istius domus & istius operis au torem respexerimus: & cum oculos ad eius instituta conuerte/rimus: ille enim ad pietatis opera hanc domum ędificari uo/luit. Cauendum est igitur in primis ut talis Cappellanus eli/gatur / qualem pauperum presbyterorum indigentia & com/moditas quęrit: nam si huic operi pręfecerimus hominem in/humanum: asperum: negligentem & oblitum prioris charita/tis quę a prioribus patribus nostris impendebatur: quibus Sal/uator ipse suo ore pręcepit hoc pietatis opus: non dubium est non solum pauperes: sed Angelos & ipsos lapides huius do/mus contra illos uindictam acclamaturos / qui huic impietati causam tribuerunt.

¶CONSTITVTIONVM INDICES.

Finis.

¶ Res Congregationis Domus Dei Officialium regimi ne gubernentur: alterius cuiusquã dominio non subi-ciantur Constitutio Prima.



ECCLESia / Domus / Hospitalia / ceteręq₃ res mobiles & ĩmobiles Cõgregationis presbyterorum quę dicitur Congregatio domus Dei & sancti Saluatoris / nullius unquã alterius dominio aut patronatui subiciant̃ q̃ presbyterorũ Congregationis ipsius: utpote emptorũ: fundatorum: ac domnorum / iureq₃ possessorum dictę Ecclesię Domus: Hospitalium: omniumq₃ rerum dictę Congregationis. Quę omnia ipsi primo Domini & saluatoris nostri Iesu Xp̃i iussu atq₃ autoritate constituerunt: Ideoq₃ decernimus & statuimus hęc omnina quę nunc habentur: & quę post hec habebunt̃ ab hac Congregatione Officialium ipsius Congregationis / iure ac regimine gubernari debere / modis ac legibus quę in hoc constitutionum nostrarum libro scribuntur: aut legitimo Congregationis ipsius decreto scribent̃. Si qs alterius q̃ huius collegii presbyterorũ dominio aut patronatui subiecere huius nostrę Congregationis: Ecclesiam: Domum: Hospitalia: cęterasq₃ res mobiles aut ĩmobiles: directe uel indirecte aggressus fuerit / statim ex ipso facto priuatus: amotus abrasus e numero fratrum nostrorum: & nunquam posthac recipiendus intelligatur: & sit. Quicquid uero ad istarũ rerum subiectionem contra hoc decretum quisquam conatus fuerit / illegitimum: inane: nulliusq₃ momenti fore decernimus.

¶ Officialium numerus & creatio: Non acceptantium officium: ęgrotantium & condẽnatorũ lex Constitutio. II.

OFFiciales in Congregatione nostra Decem creari placuit de fratrũ nostrorũ numero: cuiuscunq₃ status aut ordinis: & de quacunq₃ ecclesia sint: etiã si oẽs de eadem ecclesia: uel oẽs de ecclesiarum Rectoribus creari contingeret: Priorem: Operarios tres: Visitatores tres: Consiliarios tres: Quos omnes simul: idest eadẽ die atq₃ hora / ter in anno creari uolumus: die. i.

quintadecima ante q̄ officia ineant. Primo Priorem de priorum bursa extrahi iubemus. Secundo Operarios de Operariorū bursa. Tertio Visitatores de bursa uisitatorum. Quarto Consiliarios de consiliariorum bursa: hoc modo. Prouisor Congregationis allata bursarum capsa a cappellano & consiliariis / bursam aperiat: bene confundat schedulas: deinde Prior aut pręspositus schedulam de bursa extrahat: notario Cōgregationis illam det: notarius alta uoce coram omnibus nomen in illa scriptum legat. Interea uero dum hoc modo officiales extrahuntur / prouisor noster extractorum officialium nomina sigillatim in libro suffragiorum conscribat. Sed ante q̄ extrahantur / īmediate hęc constitutio publice legatur. Si non legetur / irrita nulliusq̧ efficacię sit illa officialium extractio. Hac extractionis officialium die nullus fratrum nostrorum e Congregatione discedere ante illorum extractionem / nisi ex officialium suffragiis per omnes fabas nigras / permittatur. Prior & cęteri officiales die qua officium suum exercere incipient / fratribus qui in Congregatione aderūt & perfunctis officialibus pręsentibus & acceptantibus / promittant se absque ulla fraude officium suum exercituros: & cōstitutiones nostras diligēter obseruaturos. Officium suum simul omnes eadem die exercere incipiant his anni temporibus. Primo / calendis Nouembris. Secundo / calendis Martii. Tertio / calendis Iulii. Quilibet autem eorum statis diebus / ex ordine erit Pręspositus: sedebuntq̧ in officio menses solummodo quattuor. Deposito officio uacent singuli menses octo: nullumq̧ officium ī his octo mensibus habere possint. Quamobrem si hoc tempore eorum schedula de alicuius officii bursa extrahetur / reponatur subito in eadem bursa. Demum finitis octo mensibus a die depositi officii proximis / iterum officiis potiri possint. Nouitii a die sue imbursationis ī bursas officialium menses quattuor uacent: itaq̧ si intra hoc tempus nouitii schedula extrahatur / reponatur subito in eadem bursa. Demū elapsis his quattuor mēsibus officiis potiri poterūt. Extractus e bursa officialium: si officium abdicauerit per se quando Florentię aderit: uel per procuratorem quando ab urbe florentia solummodo uiginti miliaribus aberit: & hoc fecerit intra octo dies ab

ea die qua sui collegę officium inceperint / condemnetur: Prior quidem ad solidos uiginti albę monetę. Quilibet alius officialis ad solidos sexdecim albę itidem monetę: sed eius schedula reponatur in sua bursa: neq; laceretur: et quantitas poenę a prouisore nostro in libro speculo scribatur. Extractus autem ex officialium bursa qui intra octo dies a die incepti officii a collegis suis uel per se si florentię fuerit: uel per procuratorem / si per uiginti miliaria Florentia absuerit / nõ uenerit ad capiendum officium neq; ad expresse abdicandum / intelligatur tacite abdicasse officium: eius schedula laceret: loco ipsius alius extrahat: ipso facto ad pœnã abdicãtis officiũ sit condẽnatus: & a prouisore pœna ipsius scribat in speculo. Aegrotans cũ exalicuius officii bursa extractus fuerit / si propter ęgritudinẽ (quanuis sit florentię) ad Congregationem uenire non possit / duo officiales ex collegis suis intra octo dierum spatium a die qua ipsi officium inceperint / ad illum accedant: inq; eorum manibus ille officium acceptet: constitutionum obseruantiam promittat: fabam suffragii sui cui uoluerit collegarum suorum reddendam iniungat. Duo uero ad illum accedentes / ęgrotantis infirmitatis / acceptationis officii / promissionis obseruantię & iniunctę fabę / Priori cęterisq; officialibus fidem faciant: quę si facta fuerint / ęgrotus pro pręsente & interueniente reputabitur. Si accedentibus ad eum sociis (ut diximus) hęc non fecerit / abdicasse tacite intelligatur: & nõ uenientis & non expresse abdicãtis officium / pęna punietur. Condemnatorum uero nomina & schedulę cum de alicuius officii bursa extrahẽtur si adhuc debitores taxatas pęnas usq; ad diem illam non soluerint lacerentur.

¶ Officialium cõmune officium & autoritas Constitutio. III.

PRioris & aliorũ officialiũ cõmune officium est gubernare totã Cõgregationẽ nostrã cum omnibus rebus mobilibus & imobilibus per se & p ministros iuxta cõstitutionum nostrarũ sanctiones defectus supplere: castigare excessus: oĩbus rebus quę ad Cõgregationis nostrę utilitatẽ ac decorẽ faciũt: cum dei timore diligẽtiaq; aduigilare: Cõstitutiones sincere atq; inuiolabiliter obseruare: delinquẽtes monere: et q̃n opus est: aut secundũ pręe

ſc riptas in conſtitutionibus pœnas: aut ubi pœnę pręſcriptę non ſint / ſecundum delicti menſurā ſuo iure atq; autoritate: etiam ſi de numero officialium delinquentes ſint: corrigere: punire: ab officio ſuſpendere: officio ſpoliare: caſſare: abolere: abradere: ſi quempiam tanta pœna dignum inuenerint: Pecuniarias etiam pœnas imponere: proſequi: & exigere. Sed pecuniarię pœnę ab officialibus impoſitę florenum unum non excedant. Punitiones: condemnationes: ſuſpenſiones: priuationes: abraſiones: ac cęterę pœnę a Priore & officialibus inflictę / cum a duabus officialium partibus decretę fuerint: tantā uim & efficaciam habeāt quantam haberent ſi a toto collegio noſtro decretę fuiſſent. Aliter decretę nullius momenti ſint: nullamq; efficaciam habeant. Si compertis delictis exceſſibus aut defectibus / preſcriptas pœnas nō exequuti fuerint: non exegerint: pro qualibet pœna & exactione ītermiſſa ſinguli ſolidos uiginti albę monetę Congregationi noſtre perſoluant. Item eorū officium eſt / in Fratrum receptione eorum promiſſionē ſuper ſeruandis conſtitutionibus recipere ad pacis oſculum eos admittere: Locum ī quo ſedere in ſuo ordine debeant / aſſignare: Fabam abſentis collegę ſibi iniunctam reddere: Peregrinis clericis ut ultra tres noctes in hoſpitali excipiant̄: quādo pietas ſuadet / concedere: Decem de fratribus pro Camerarii creatione: decem aduocatos pro adocatis Decem procuratores pro Procuratoris: Decem notarios pro notarii: Decem Medicos pro medici: Decem de fratribus pro prouiſoris: & decem pro cappellani creatione nominare: & ſuffragiis ſuis approbare. Syndicum pro Congregatione & eius negociis inſtituere: Fratribus cū diuinū in Cōgregatione officium celebrat̄: et quādo officialium extractio fit / diſcedendi licentiam: ſi expedire uiderint: concedere. Camerarii rationem ſup adminiſtratione ſua p ſe uel p alios computare. Candelas in feſto purificationis / abſentibus fratribus: ſi placuerit / mittere. Aegrotantibus Fratribus quando pauperes ſunt / de rebus Congregationis ſcatulam aut aliud auxilium ferre: & eos uiſitari iubere. Cappellanum ſiue Hoſpitalarium ſi contra decreta Congregationis fecerit / amouere: Et ſiqua alia ſanctiones noſtrę illis cōcedunt ea omnia exequi atque efficere.

Pęnarum ab oficialibus impoſitarū uis.

¶ Proprium Prioris nostri officium   Constitutio. IIII.

PRior est oĩum officialium primus: eius est prima ĩ nostro collegio dignitas: ad ipm tãquam ad caput omnium rerũ agendarum causas referri oportet. Eius proprium officium est poscentibus negociis conuocare officiales suos: eorum sentẽtias poscere: suffragiis quando opus est: sententiis ac decretis / agenda uel nõ agenda / cum illis secundũ constitutiones nostras decernere: & cum negocia exigunt ad totum Congregationis collegium referre. Item proprium eius officium est Missam in Congregatione pro sua uoluntate cantare: quando eam cantare noluerit: iniungere atq; mãdare cui uoluerit ut eam cantet: Et hoc in illis ecclesiis quarũ rector uel gubernator nõ est de fratrũ nostrorũ consortio. Item eius officium est recipere iuramentũ Camerarii sup illius promissionibus. Inuentarium nostrorũ Hospitalium bis in anno cum operariis legere: & scriptarum in eo rerum numerũ cognoscere. Capsam bursarum officialium in die imbursaiionis & extractionis officiorum aperire. Pro pręposito absente agenda proponere. Propria manu subscribere decreta scripta in lingua materna: quę Congregationis suffragiis sanciuntur: & facere q prouisor ea asseruet in filza.

¶ Prępositi creatio & officium   Constitutio. V.

PRæpositus de officialium numero creat: proximã priori dignitatem habet: primus Omnium officialium prope Priorem sedet: Eius electio fit ĩ singulas hebdomadas: ita ut singuli officiales singulis hebdomadibus prępositatu fungantur. Cum autẽ supsunt uersus officii finẽ pauciores dies q̃ ut singuli officiales integras hebdomadas in prępositatu explere possint: tunc eos dies q supersunt / ita dispartient ad numerũ officialiũ ut ęquis portionibus totidem singulis officialibus ĩ prępositatu obueniant: quoad officiũ sui tempus implebunt. Prępositi officium est / agenda Priori & officialibus proponere: & ubiq; absentis Prioris partes supplere.

OPerariorum officium se ad nostrę Congregationis Ecclesię / sacrarumque uestium & aliarum sacrarum rerum: pręterea domorum aliorumque ędificiorũ omnium & prediorum instaurationem extẽdit: In omnium istarum rerum instauratione florenos tres de pecuniis nostris impendere possunt. Quicquid plus his / sine Prioris & officialium suffragiis ac decreto impenderint / ipse aut Camerarius si id soluerit / de suo Congregationi nostrę reponant. Eorundem officium est cum Camerario simul locare Domos: predia: & alias res locales collegii nostri: sed solum pro trium annorũ spatio: ita tamẽ quod ex ipsis quattuor. s. tribus Operariis & uno Camerario tres concordes: idest duo ex Operariis & Camerarius locare possint. Aufferre autem locata uel affictuata: uel ad dimidium data: aut minuere solitas pensiones uel affictus sine Prioris & officialium suffragiis / decreto & consensu nõ possint. Locationes faciãt sexto mense ante quam iam factę. locationes finiantur: & nõ prius. A cõductoribus idoneum fideiussorem aut plures (si opus fuerit) de soluendo congruis tẽporibus accipiant. Locationis cõtractus & acceptus fideiussor intra quindecim dies quam factus est / Prioris & officialium suffragiis ac decreto approbetur: & tunc demum sic & nõ aliter / uim firmitatẽque accipiet: legitimeque factus intelligetur. Operarii autẽ simul cum Camerario ubicunque oportuerit celebrare aliquẽ contractum pro Congregatione / alium notarium ad hoc faciendũ accipere non possint quam notarium nostrum: aut illum quem ipse sui loco substituerit ex cõsensu officialium: si aliter fecerint / pro qualibet uice singuli solidos quinque albę monetę Congregationi persoluant. Si uel Operarii uel Camerarius hęc omnia non obseruauerint & effecerint / suspensionem ab omni eorum officio & beneficio annum integrum ipso facto sine ulla declaratione incurrant: Et quascunque impensas aut damna propter hęc collegio nostro obuenientes / ipsi de suo soluere teneantur. Ab hac pœna suspensionis & satisfactionis absolui aut leuari nõ possint nisi suffragiis ac decreto fabarum saltem quadraginta nigrarum

e collegii nostri. Item Operariorum officium est / inuentarium Hospitalium nostrorum cum domino Priore bis in anno lege⸗re: idest Sexto mense a principio âni elapso: & sexto mense in fi⸗ne anni: scripturarumq̃ in eo inuentario rerum numerũ cogno⸗scere. Si non legerint: & non cognouerint / tam Prior q̃ Opera⸗rii / singuli Congregationi nostrę solidos uiginti psoluant. Item eorundem Operariorum officium est / singulis annis in mense Maii uisitare per se ipsos non per alium / omnes res immobiles Congregationis nostrę: idest Domos: officinas siue apothecas: terras uineatas: oliuatas: laboratiuas: siue intra urbem floren⸗tiam sitas siue extra. Item res liuellarias: res affictuatas: & ad dimidium positas: ita tamen q̃ non pretereat mensis Maii an⸗te q̃ omnia uisitauerint. Quibus per se uisitatis / omnium ista⸗rum rerum qualitates status & necessitates: an bene habeantur an male: referant Priori ac reliquis officialibus. Omnibus au⸗tem diebus uisitationis istius / a prouisore nostro ita ad oĩa cõ⸗gregationum emolumenta admittantur: ac si ipsis congrega⸗tionibus interfuissent. Camerarius autem eisdem reddat: & sa⸗tisfaciat quicquid in ista uisitatione pro uictu aut itinere aut alia iusta causa expenderint. Si aliter aut contra hoc decretum fe⸗cerint / quicquid toto uisitationis tempore in congregationi⸗bus lucrati fuissent / collegio nostro relinquere & donare tenean⸗tur: ac de facto donasse & reliquisse intelligantur: illudq̃ totum amittant. Si mense Maii tempore istius uisitationis quisquam Operariorum uel aberit ab urbe florentia saltem decem mi⸗liaribus: uel in urbe florentia propter aliquam ægritudinem a uisitatione impedietur / loco uel absentis uel ægrotantis in⸗telligatur / & sit hoc decreto institutus ad uisitandum res no⸗stras / primus uisitatorum qui illo tempore Congregationẽ fre⸗quentabit: et cõmoda atq̃ incommoda illius absentis uel ęgro⸗tantis consequatur: cuius loco institutus est. Item Operariorum officium est / curare ne prouisor librum qui Speculum appellat̃ habeat: ut ĩ eo Cõgregationis transgressores: debitores: condẽ⸗natos: & debitę pecunię quantitatẽ adscribat. Eum librũ in singu⸗lis cõgregationibus ante oculos habeat: & eundẽ in extractione

officialium afferat. Si non bene hęc curauerint / pro arbitrio domini Prioris & reliquorum officialium puniantur.

¶ Visitatorum officium Constitutio. VII.

Visitatorum officium est / diligenter aduigilare ut sciant si quis ex fratribus nostris ęgrotat: ut q̃ primũ id sciuerint / illum uisitẽt: Amanter & suauibus simul ac grauibus uerbis / domini Prioris / officialium & oĩum fratrũ nostrorũ erga illum cõpassionem & sanitatis ipsius desiderium nuntient: orationes fratrum offerant. Post hęc leniter ac pie memorent infirmitates a Deo nobis ĩmitti pp animę nostrę salutem. eos qui libenter corporales ęgritudines pp Deum patiunt̃ / multum ad ęternam uitam mereri: melius esse purgari a peccatis in hac uita q̃ in horribili purgatorii igne: Et huiusmodi uerbis confirmantes & confortantes ęgrotum / paulatim ac dulciter ad sacramentalẽ confessionem: et quando ęgritudo mortis periculum minari uidebitur / ad eucharistię uiaticum cęteraq; sacramẽta inducant: hoc est primum Visitatorum officium. Inde siquid ei ad corporis ac uitę necessitatem desit / perquirant: et nomine Prioris & officialium offerant q quicquid a fratribus pro eius sanitate ac salute fieri poterit / exhibebit̃. Deinde sine temporis dilatione domino Priori & officialibus ęgritudinis ac status illius qualitatẽ referant. Prior autẽ cęteriq; officiales statim pro infirmo ab omnibus fratribus orationes exposcent: & oẽs exhortabunt̃ atq; rogabunt / ut pro illius corporis & animę sanitate orent. Post hęc si infirmitas exposcere uidebit̃ / illi confectionum scatulam cum manuschristi pane / de pecuniis Congregationis p suffragia sua decernant: idest saltem p duas partes fabarũ nigrarum ipsorum officialium: ita tamen q confectiones non sint minoris pretii q̃ dimidium aurei ducati: idest solidorum septuaginta florentine monetę. Si autẽ ęgrotantis inopia urgere uidebit̃ / officiales per suffragia sua saltem duarũ partium ipsorum / nigrarum fabarum (ut dictum est) helemosynã conuenientem decernant: & constituant: Scatulam aut aliam helemosynam Camerarius officialium iussu persoluet: Visitatores eam ad infirmum porta-

bunt: Quem si plures dies ęgrotare uiderint / sępius uisitabunt: occurrentes illi necessitates perquirent: & officialibus referent. Officiales autē ut opus fuerit facient: & sicut dn̄s illos inspirabit erga infirmum. Item uisitatorum officium est: toto tempore officii sui uisitare Hospitalia nostra singulis mensibus: requirere: & uidere quomodo gubernentur eorum lecti cęterǫꝗ res: & quomodo pauperes tractent̄. Deinde eorū statum & gubernationem & siquid inordinatum aut male habitum inuenerint / Priori & officialibus referre: ut ordinari & refici aut instaurari pro pauperū utilitate possit. Si singulis mensibus nō uisitauerint / quot mensibus a uisitatione destiterint / toties solidos uiginti quilibet eorum Congregationi ꝑsoluat. Camerarius eam pœnā exigat. Si huius pœnę solutionem distulerint / ad speculum referantur.

❡ Consiliariorum officicium Constitutio. VIII.

COsiliariorum proprium officium est: curare ut in ecclesia Hospitalis nostri omnia Congregationis nostrę anniuersaria & in quibus Ecclesiis ea celebrari oporteat: et Nomina omnia singulorū fratrum collegii nostri in tabula ex ordine scripta habeantur: Et cum loco defuncti fratris aut abdicantis aut priuati / aliis ī Congregationē accipit̄ / abdicantis: priuati: aut defuncti nomen deleatur: & conscribatur ibidem nouiter acceptus. Item consiliariorū officium est: ut saltem duo ex ipsis Congregationi intersint die imbursationis & extractionis officialium: & capsam bursarum de sacrario ad officiales afferri: atꝗ ab his ī sacrarium referri faciant: eandēꝗ afferendo & referēdo comitent̄.

❡ Aduocati: Procuratoris: & Notarii seu scribę creatio & officium Constitutio. VIIII.

ADuocatum: Procuratorē: Notarium: pro rebus nostris in iudicio agendis / pro iuribus atque actionibus defendendis & sanciendis decretis / collegium nostrū habere decernimus. Eorum electio sigillatim ita fiet. Prior & officiales decem legum Doctores pro eligendo aduocato: Decem procuratores pro eli-

gendo procuratore / Decem Notarios pro eligendo notario: singuli singulos nominent: Singulos suffragiis suis ad maiorē nigrarum fabarū numerū approbēt. Ex eisdem approbatis / quattuor quibus maior nigrarū fabarū numerus obuenerit: nominatim sigillatimq; oibus fratribus q Cōgregationi interfuerunt / manifestent: & totius collegii suffragiis approbari exposcant: (totū autē collegium triginta fratres annumeratis officialibus intelligi uolumus / nō pauciores) Deinde ex quattuor a toto collegio approbatis / ille cui maior nigrarū fabarum numerus īter oēs obuenerit / sit Aduocatus: aut Procurator: aut Notarius. Tribuanť autē singulis annis in uigilia Resurrectionis dñi a Camerario nostro iussu officialium: Aduocato quidem solidi quadraginta florentinę monetę: Procuratori triginta: Notario triginta pro ędo emendo. In uigilia uero oīum Sāctorū singulis istis singuli denenť anseres. Aduocati officium est: collegio nostro causisq; nostris prospicere: consulere: ab iniuriis uindicare: aduersariorum nostrorū causis abstinere. Procuratoris officium est: collegii nostri causas agere: legitime defendere: impendiis parcere: aduersariorum nostrorum causas non recipere. Prior autē & officiales iusta stipendia & Aduocato & Pocuratori / pręter ędum & anserem pro causarum qualitate a Camerario conferri procurent. Notarii officium est: Cōgregationi interesse quandocunq; ab officialibus aduocabiť. Decreta nostra & omnes nostros contractus ibi aut alibi ubi eis placuerit / per se uel p alium matriculatum rogare: qui inter alias sui laboris mercedes in extractione officialium solidos septem a Camerario nostro accipiet. In ingressu uero nouitii solidos septem adminus ab ipso nouitio. In contractibus autē locationū nostrarum / Camerarius nihil pro contractu notario soluat: sed soluat conductor. Hi ergo tres a collegio electi rebus nostris consulere: eas defendere & adiuuare teneantur.

Totū collegiū quot fratres cōstituunt.

¶ Suffragiorum / Secretariorumq; lex. Constitutio. X.

IN suffragiis contribuendis / nemo in singulis rogationibus: idest in singulis partitis plures fabas contribuat: sed singulas / hoc est in uno partito unam fabam quilibet tribuat. Officiales eandem legem seruent: Tamen quilibet illorum pro absente officiali iniunctam fabam tribuere / seruata eadem lege / poterit. Cęterorum fratrum collegii nostri nemo in suffragiis absentis fratris fabam neq; accipiat: neq; acceptam tribuat. Fabę dentur ab omnibus cooperta ita ut non uideatur. Ministri suffragiorum fabas clausa manu accipiāt: & absconditam mittant in urnam. Qui fabam discoopertam dederit: aut coopertam accipiens manifestauerit: solidos quinq; pro qualibet Camerario nostro soluat. In suffragiis in qbus secretarios adhibere oportet: Secretarii cum dño Priore & notario nostro / tempore suffragiorum in loco separato maneant: in quo a fratribus uideri nō possint: & in quo ipsi eos non uideant. Nemini autē frarum nostrorum dum suffragia exiguntur / in eum locum ingredi liceat: nisi constitutis ad accipienda aliorū fabas. Hi fabarū urnas notario dabunt. Notarius ipse (nō alius) ibi in secreto corā Priore & secretariis numerabit fabas manifestabit albas seorsum a nigris / & nigras seorsum ab albis. Nomina eorū qui in suffragiis proponentē / sigillatim scribet: et cuilibet nomini numerum nigrarum albarumq; fabarum coram illis fideliter assignabit: atque adscribet. Finitis suffragiis / ipse coram omnibus fratribus Congregationis publice nomen illius cui legitimus nigrarum fabarum numerus obuenerit / alta uoce pronuntiabit. Aliorum nomina & fabarum numerum taceat: nisi ob aliquam iustam causam dominus Prior fabas nigras & albas coram collegio manifestari iusserit. In oībus suffragiis quę habentã toto collegio i Aduocati / Procuratoris / Notarii creatione: In camerarii creatione & confirmatione: In creatione examinatorū ipsius Camerarii: In creatione Syndici & eius confirmatione: In creatione Prouisoris & eius cōfirmatione: In creatione Cappellani & eius cōfirmatione: In creatiōe Hospitalarii & Hospitalarię eorūq; cōfirmatione: In receptione nouitiorū: In emptionibus: uenditionibus: permutationibus: liuellis: aliis ue alienationibus

decernendis / nullo modo pauciores q̃ triginta fratres connumeratis officialibus / suffragia iuire & fabas contribuere oportet: neq; aliter licere decernimus. Si ĩ his oĩbus quę ãnumerauimus pauciores fratres q̃ triginta suffragia iniuerint: & fabas cõtribuerint / illegitimũ & inane nulliusq; efficaciũ sit huiusmodi factũ.

ℭ Discessus fratrum quando quoue modo concedendus aut non concedendus est Constitutio. XI.

QVo die constitutio aliqua in Congregatione legeť / nemo de fratribus q Cõgregationi intererunt / inde ante q̃ cõstitutio lecta sit discedere ullo modo ullaue causa permittatur. Die item extractionis & imbursationis officialium / emptionis aut uẽditionis: idem seruet: nisi officiales ĩter se p oẽs fabas nigras discessum pmittant: Qui ea die contra hoc decretum ante q̃ extractio: & ĩ fine extractionis: oratio cõpleta sit: discedere audebit: helemosyna ordinaria & cartocenio' illius officii uel illius congregationis careat. In diebus quibus celebrať Congregationis officium & missa: siquis fratrum discedere uoluerit ante finẽ: Prioris & maioris partis officialium consensu & nigris eorum fabis discessum impetret: alioquin discedere ei ante completã missam nõ liceat: Sed & impetrato discessu nõ ante discedat q̃ eleuetur corpus & sanguis dñi nostri Iesu xp̃i: his eleuatis habito cõsensu discedat. Qui cõtra hanc constitutionẽ discesserint helemosynam quam in eo officio lucratus fuisset non accipiat: Camerarius eam pro Congregatione retineat.

ℭ Camerarii creatio: Salarium: & officium Cõstitutio. XII.

POst decem officiales tres ministros de numero fratrũ nostrorum huic collegio ad oẽm rerum Congregationis nostrę ministerium creari libuit / Camerarium: q etiã syndicus est: Prouisorẽ / Cappellanũ: Et Camerarii qdẽ creatio ita fiet. Prior & officiales decẽ de presbyteris nostris quos ad hãc rem idoneos existimabunt nominatim singuli singulos eligent: suis suffragiis eos approbabunt sigillatim: post hęc quattuor ex eis qui maiore

11

numero nigrarum fabaum approbati inuenientur/ nominatim oĩbus fratribus q Cõgregationi ĩtererunt manifestabũt: & sup singulis Cõgregationis suffragia exposcent. Demũ habitis in legitimo numero suffragiis / sup singulis quattuor: ille cui plures fabę nigrę attributæ fuerint sit Camerarius. Eius electio in fine Septembris fiat. Officium suum calendis Nouembris exercere incipiat: ita ut integer mensis interueniat inter eius electionem & officii sui initium. Officium exerceat integrum annum: nisi iusta de causa amoueri mereat. Intra octo dies ante q̃ officium ineat: promittat Priori & officialibus iuste ac sedulo exercere officium suum: Et ĩ manibus domini Prioris / uel impedito Priore loco eius in manibus Prępositi & ĩ manibus officialium iuret se in fine officii sui integrã administrationis suę rationẽ sine fraude redditurũ: & reliquã Congregationis pecuniam pro uoluntate Prioris & officialium nouo Camerario sibi succedenti se fideliter repositu rum. Intra eundẽ octo dierũ terminum duos aut tres idoneos fideiussores earum promissionũ se Priori & officialibus ab eis approbandos / daturum. Si hęc oĩa ĩtra octo dictos dies non promiserit: nõ iurauerit: nõ dederit: intelligatur se ipm abdicasse officio: & alium Camerarium oportere creari. Salarium Camerario pro unius ãni seruitio atq; administratione decernimus denarios sex singularũ librarum ex ea pecunia solummodo quã a Cõgregationis nostrę pensioariis: affictuariis: liuellariis: & aliis similibus / pro solutione pensionum: affictuum: liuellorum & huiusce genus / exiget: & tanquã Camerarius tempore officii sui accipiet. Neq; propter hoc plures cartoccinos sed tantũmodo unũ pro helemosyna in singulis Cõgregationis anniuersariis accipiat. Toto autẽ tempore quo quęstoris siue Camerarii personã geret / cęteris nostrę Cõgregationis officiis uacet. Camerarii officium est: habere collegii nostri, pecunias: easq; sedulo uel seruare uel impendere secundum constitutiones nostras: ut tẽpus & rerum nostrarũ utilitas postulauerit. Item conductionum siue pensionũ: affictuum: liuellorum: aliorumq; huiusmodi rerum solutiones & pretia quę collegio nostro debent diligenter & statis temporibus exigere atq; accipere. Item cum Operariis secundum constitutiones nostras res Cõgregationis

mobiles & ĩmobiles locare. Item pro mandati scriptura quę fit in institutione Syndici nostri / libras quattuor notario stipulanti non ante soluere q̃ ipse notarius scripturam ĩ forma publica sibi exhibuerit. Si soluerit prius q̃ notarius scripturã exhibuerit: intelligat̃ de pecunia sua non de nostra id soluisse. Item eius officium est de consensu officialium Aduocato: Procuratori: Notario / statuto tempore pecuniam pro ꝯdo emẽdo: & anserem tribuere. Item condemnationũ oĩum pecunias ꝛ helemosynarum siue cartoccinorũ qui a singulis fratribus quolibet mense relinquuntur iuxta constitutionũ nostrarũ sanctiones accipere: & earum pecuniarũ computum seorsum ab aliis ac priuatim scribere: Si seorsum nõ scripserit: florenum collegio nostro persoluat. Item condẽnatis siue p officiales siue p cõstitutiones / nihil sine expressa licentia officialiũ oĩum soluere: Si sine licentia expressa soluerit: Congregationi de suo id restituat. Item helemosynas cartoccinorũ quę secundum constitutiones debent̃ fratribus qui diuinis Cõgregationis nostrę officiis intersunt: singulis pro officio / pro dignitate ac statu tribuere: rationẽq; istarum helemosynarũ debitoribus & creditoribus id poscentibus reddere. Ideoq; librum (q speculum dicat̃) habeat: inq; eo omnes fratres Cõgregationis debitores & debitę pecunię quantitatẽ utcunq; paruam: dummodo excedat solidos quinq;: & transgressores constitutionum nostrarũ & condẽnatos describat. Eundem librum in extractione officialium apud se habeat: ut legi & sciri possint q eo tempore pp debita / carere officiis debẽt. Sed & eosdem debitores in schedula conscriptos Priori & officialibus ostendere & tradere cum oportet. Eundem librum in quotidianis congregationibus habeat quando uult soluere cartoccinos: & diligẽter nomina eorum qui condẽnati taxatas pœnas nõ soluerint / legat: eorumq; transgressorũ & condẽnatorum pœnas retineat. Item Camerarii officium est: pro instauratione rerũ Congregationis non plus expendere aut soluere: neq; pro accepto habere ab affictuariis: conductoribus: aut liuellariis: uel quibuscunq; aliis nostris debitoribus / q̃ aut operariorum propria autoritas aut officialium decreta permittant. Si plus expenderit: soluerit: aut

a quocunq; debitore pro accepto habuerit: aut scripserit tantundem collegio nostro / de suo restituat / & satisfaciat. Item eius officium est: Operariis expensas pro uisitatione nostrarum rerum factas / iuxta constitutiones nostras restituere. Item cappellano ecclesię nostræ salarium congruenti tempore soluere. Item cartoccinum discedentis de Congregatione contra constitutiones non soluere: Si soluerit / de suo Congregationi restituere.

¶ Camerarii administrationis examinatio Constitutio. XIII.

CAmerarius anno officii sui finito / intra quindecim dies proximos teneatur Priori & officialibus / administrationis suę ac dati & accepti / rationem computationemq; & pecunias collegii nostri reliquas ostendere: Quos ipse nisi tempestiue id exigant: interpellet: atque sollicitet: Prior uero & officiales intra mensem ab illis quindecim diebus elapsis proximum / teneātur illius administrationem dati & accepti rationem diligenter perspicere / ac perpendere: & quod reliquum pecuniarum habeat / cognoscere. Eum si diligenter ac sine fraude res pertractasse atque admiuistrasse / plenam rectamq; administrationis suæ rationem reddidisse inuenerint / de bonæ administrationis diligentia laudent: fraudis / iniustitię ac reatus expertem / liberum ac solutum ab omni obligatione pronuntient: fitq; tanquam totius collegii nostri autoritate laudatus & absolutus. Si retinere illum in eodem ministerio uoluerint / decretum super eius creatione confectum obseruent: idest suffragiis suis eius confirmationem primo approbent: deinde in corpore Cōgregationis fratrum nostrorū suffragiis approbādū proponant: Sic approbatus obseruantiā promittat: iuramētum & fideiussores Priori & officialibus exhibeat. Reliquas pecunias resummat. Officium calēdis Nouēbris iterū ineat. Eo autē approbato & cōfirmato / intelligat approbatum & cōfirmatum mandatum ī eum pro syndicato olim factū. Si in officio nō retinebitur / pecunias quę examinatis rationibus suis / ī manibus habet

pro officialium uoluntate ac iussu nouo Camerario tribuat. Si fraudem fecisse:aut aliquo modo damnũ dolo malo dedisse inueniatur/ damnũ resarciat:restituat:ac satisfaciat. Officio & administratione priuetur:inhabilis atque ineligibilis ad omnia nostrę Cõgregationis officia constituatur. Si Prior & officiales Camerarii administrationẽ examinare uoluerint / duos de fratribus nostris ad eam rem idoneos poscant: q ad hanc computationem & cognitionẽ librorum ipsius Camerarii cõstituantur / eodem modo quo Camerarius ipse constitui debet:ut scilicet ab officialibus decem de fratrum nostrorũ numero nominatim eligantur:sigillatim illorum suffragiis approbentur:Ex decem approbatis quattuor quibus plures fabę nigrę obuenerint / p suffragia fratrum Congregationis ĩ numero legitimo sigillatim approbari postulent:postea numeratis suffragiis / duo ex illis quattuor quibus plures fabę nigrę contributę fuerint / calculatores & computatores sint librorum rationumq; ipsius Camerarii. Hi diligẽter scripturas / ratiocinia & administrationẽ Camerarii cognoscant:perpendant:computent: Cognita / perpensa & computata / dati & accepti exequationes / defectus & exerescentias scriptione sua manifestent in eisdem libris. Si negligẽter cognouerint: negligenter perpenderint: neglígẽter computauerint: & in damnũ Congregationis aberrauerint: omne damnum quod errore / fraude aut alia malitia Camerarii collegio nostro prouenire in libris & rationibus ab eis cognitis & examinatis / officiales reperient & declarabunt:ipsi computatores electi supplere Congregationi nostrę & integre satisfacere pp negligentiam teneantũ. Si intra mensem a die qua Prior & officiales errorem ac damnũ declarauerint calculatores non satisfecerint: aut non curauerint ut idem Camerarius uel eius fideiussores satisfaciant elapso mense sint ipso facto suspensi sex continuos menses ab omni officio ac beneficio Cõgregationis nostrę: Quod si ante terminum sex mensium Congregationi satisfiat uel ab eis uel ab ipso Camerario aut eius fideiussoribus: tunc Prior & officiales ab illa suspensione eos absoluere: si expediere uidebitur: & ad officia ac beneficia rehabilitare poterunt. Si uero non satisfiat nullo modo absoluantur nec rehabiliteatur.

SYndici uel Procuratoris officium Camerario nostro iniungi uolumus. Prior & officiales ipm modo quo eligunt Camerarium / eligere debēt: sed a fratribus collegii nostri in numero legittimo cum ipsis officialibus suffragiis confirmari oportet: sicut camerarium: quādo opus sit eum seorsum ac diuersum a camerario eligi. Electo Syndico speciale mandatum a Priore & officialibus per publici Notarii instrumentum constituetur / ad agendum ac defendendum in iudicio & extra iudicium. Ad transigēndum: Compromittendum: capiendum: idest curandum ut debitores nostri capiantur: Ad confitendum: ad confessa finiendum generaliter & specialiter: etiam si talia essent de maioribus & grauioribus negociis: & exigerent speciale mandatum: Et ꝙ nomine totius collegii nostri cauere possit de sisti in iudicio / & de soluēdo iudicatum. Ea oblatiōe ab onere satisdandi releuare sub omniū rerum congregationis nostrę. Hæc omnia prescribantur in mandato Syndici uel pauciora uel plura secundum Prioris & Officialium uoluntatem ac decretum. Mandatum aūt Notario camerarius non soluat priusquam illud in scriptis habeat: ut in camerarii officio dictum est: Nulla aūt exceptio aut obiectio contra Syndicum nostrum neq; contra eius mādatum opponi possit. Sed quicquid ab eo iuxta mandati autoritatem / Actū: transactum: compromissum: Confessum: Finitū: Cautum: Solutum: Releuatum ue fuerit / Ratum: Placitum: Firmumq; sit: tanq̄ si a toto fratum nostrorum collegio determinatum conclusumq; fuisset. Cum uero Syndicus in alterum annum confirmatus fuerit / intelligatur sine alia iteratione confirmatum etia mandatum super eius Syndicatu & autoritate. Si prēter aut contra mandatum Syndici Camerarius quicquid fecerit / dāno salarii sui se fecisse intelligat. Et quicquid propter id factum / danni collegio nostro aut rebus nostris obuenerit / restituere ac satisfacere teneatur.

Prouisoris creatio Salarium & officium Const. XV.

PRouisor de collegii nostri consortibus eligatur eo modo

atque ordine quo Camerarius & Syndicus eligitur: Electus in domini Prioris & officialium pręsentia cõstitutiones nostras in administratione sua rite ac sedulo obseruare /& diligenter ac iuste administrationẽ suam ĩ scribendo & punctando exercere promittat. Eius electio pro uno anno fiat: quo finito / si laudabiliter in administratione sua se habuerit / poterit confirmari eo modo atq; ordine quo Camerarius. Pro unius anni salario libras duodecim habeat: & pręter illas solidos tres in singulis congregationibus instar pręlatorũ pro helemosyna siue cartoccino accipiat. In purificatione beatę Marię uirginis candelam benedictã: & in exequiis mortuorũ cereum siue torchiectum eiusdem qualitatis eiusdemq; ponderis habeat: cuius & qualitatis & põderis officiales nostri uel candelã uel torchiectũ accipiunt. Prouisor dum in ministerii sui exercitatione uersatur: si extractus ex aliqua officialium bursa fuerit: officium ad quod extrahit̃ / acceptare potest: itaq; nullo modo ab eo prohibeat̃: cum acceptauerit / tunc Prior & officiales teneantur suffragiis suis alium de fratribus eligere qui loco ipsius Prouisoris ministret totos quattuor mẽses quibus Prouisor officialis personã geret. Vicarius autẽ prouisoris ab officialibus suffectus & substitutus / eodẽ salario: eisdem emolumẽtis: eadẽ autoritate totos illos quattuor menses utatur ac fungatur: quibus prouisor / cuius ille locum tenebit / utebatur ac fungebatur. Postq̃ autẽ prouisor q factus fuerat officialis: officiũ suum finiuerit: statim sine ulla exceptiõe aut replicatione ad ministerium suum cum solito salario: cum eisdem emolumẽtis: cum eadẽ autoritate redeat: & prouisoris officium compleat: siquid ei reliquum tẽporis ad ministerium complendũ supererit: Prouisor etiam occupatus aliquando aliquo impedimẽto poterit cum Prioris & officialium consensu non aliter aliquẽ de fratribus nostris substituere qui loco eius prouisoris ministerium exerceat. Prouisoris eiusq; Vicarii aut substituti officium est: singulis diebus quibus aliquod Congregationis nostrę officium siue pro defunctis siue pro sanctis ĩ quacunq; ecclesia celebret̃ / ibi cũ cotta primus adesse ĩ choro: Quando cantat̃ Inuitatorium: ubi cãtari solet: uel quãdo cãtatur primus psalmus uigilię: ubi nõ cantatur Inuitatorium. In missis uero sanctorũ quãdo cãtatur introitus & Chyereleison / librum afferre debet: in quo collegii nostri sacer-

dotes scripti sunt: & eos q adsunt / diligēter secundū constitutio
nū nostrarū decreta signare: ne cui iniuria fiat. Ante q̄ missa fi
niatur suo loco & tēpore / aliam Congregationē: idest celebran
dū sequutura die officium ex ordine & nominatim / oībus fra/
tribus publice & alta uoce ī scriptis cū hora & ecclesia cōuenienti
pronūtiare: Fratres q in pronuntiata atq ī dicta Cōgregatione
missas celebrare: q in cantanda missa ministrare: & q cantoriam
exercere tenebunt: de bursis suis diligēter extractos / ī eisdē scrip
tis nominare. Deinde schedulā factę Cōgregationis cū fratrum
nominibus: idest expēsas in illa die pro officiis & missis pecunias
signaṝ & cassare: & eam schedulā Camerario tradere. Fabas siue
officialiū siue uniuersę Cōgregationis fratrū manu sua excipe
debet ī oībus suffragiis: idest, In receptiōe nouitiorū: In officio/
rum imbursatione: In officialium extractione: In electionibus
ministrorum: In substitutionibus: In omnibus sententiis: consul
tationibus: decretis: sanctionibus officialium siue ipsius Congre
gationis / ī quibus suffragia expectare opus fuerit: aut libuerit:
Easq sententias / consultationes / decreta / sanctiones dictim &
nominatim cum suffragiorum ac fabarum numero / diligenter
& signate & grammatico sermone ī deliberationum nostrarum
libro conscribere. Et quando opus fuerit ordinarii confirmatio/
ne sup aliquo nr̄o decreto / ipse ad ordinariū nomīe officialium
& totius Cōgregationis, debet deferre: & cōfirmationē in forma
ualida postulare. Itē decreta a Congregatione sancita / scripta
lingua uulgari & manu Prioris nostri subscripta debet infilza
re & asseruare in filza. Ad eundē prouisorē attinet Funera fra/
trum nostrorū & oīa quę ī eis facienda occurrunt: diligēter cura
re: prudēter prouidere atq ordinare: impensam uero ad Came
rarium referre. Si in officiis defunctorū & Cōgregationibus quo
tidianis pro loco & tēpore Inuitatoriis: primis uigiliarū psalmis
& chyrieleison ī missis de sāctis cū cotta oportune nō aderit: quo
ties nō aderit: toties unū solidū Congregationi soluat: ita q nō
admittaṝ ad helemosynā nisi p duobus solidis. Et si ipse quādo
nō aderit ad cōuenientē pūctū scriberet sibi helemosynā triū so
lidorū / tūc incidat ī pęnā duorū cartoccinorū toties quoties id
scripserit. Hospitalarius aūt hāc curā suscipiet: ut. s. attendat qn̄

Prouisor oportune ad punctum uenerit: aut quando deficiet: & pœnam illius signet: & scribat. Quod si nō fuerit / ipse pœnam Prouisori debitam Congregationi persoluat.

¶ Cappellani creatio: Salarium: & Officium Cōstitutio. XVI.

CAppellanus q & gubernator ecclesię nostrę dicitur / de collegii nostri fratribus a Priore & officialibus & tota Congregatione creari debet / modo ac uia qua Camerarium creari oportere / diximus. Eius institutio non perpetua / sed temporaria ad sententiam ac uoluntatem officialium & Congregationis erit. Salarium cappellano in singulos annos pro se & pro clerico quem in suo ministerio ipsum habere uolumus / decernimus libras florentinę monetę Centum: Olei cadum unū: idest unū barile: Lignorū catastā unā: Et totum candelarū residuum quę in nostra ecclesia pro anniuersariis accedunt: Pro habitatione sua & usu Domū atq; hortum ecclesię nostrę ac sacrario contiguum / cum suppellectilibus quę in dicta domo sunt. Pro lauandis pannis ecclesię & hospitalis / libras nummorū septem a Camerario nostro accipiat: neq; aliquid aliud salarii nomīe recipiat. Siquid rerum mobilium aut īmobilium / intuitu domus nostrę quocunq; titulo ad eius manus peruenerit / nullo modo sibi acquirat: aut attribuat: neque utatur: sed Priori & officialibus pro Congregatione eodem titulo ac nomine manifestet: & tribuat quo nomine aut titulo ad eum peruenerunt. Verumtamē quod eius personę intuitu solūmodo sibi datum fuerit / accipere eum non prohibemus. Eius officium est: acceptis clauibus dictę domus / horti: sacrarii: ecclesię: hospitalis prębyterorum / Inuentarium scribere: aut scriptum accipere oīum suppellectilium / omniumq; aliarū rerū: quę ī ea domo: in horto: in sacrario: in hospitali ab officialibus gubernationi suę curę ac diligētię cōmittentur: Eamq; domū: hortum: sacrarium: ecclesiam: hospitale: suppellectilia: res omnes sacras & nō sacras quę in inuentario scripta accipiet / custodire: gubernare: promere: recondere: & conseruare: Lectos hospitalis prębyterorum cum culcitris: linteis: & stragulis bene curatos & mundos habere. Siquid in quacunq; re diru-

tum : incultum / attritum : discissum : consumptum ue fuerit / Priori & officialibus / ut instaurentur / narrare atque ostendere: Lampadem ĩ ecclesia nostra de oleo salarii sui accensam tenere : Omnibus diebus dominicis & festis gloriosę uirginis Marię Apostolorũ oĩum : & oĩum Sanctorũ quos eccl'ia sollẽniter obseruandos & ĩ qbus a seruilibus operibus abstinere pręcepit / Missam ĩ eccl'ia nr̃a celebrare. Diebus uero profestis siue ferialibus ter solummodo singulis ebdomadibus ibi celebret. Si tamẽ diebus festis aut profestis fuerit ĩpeditus / eius officiũ est: facere ut alius sacerdos ĩ eccl'ia nr̃a eius loco celebret: Excepto quadragesimę tẽpoere: qa ĩ tota quadragesima nõ licet ei Missam alibi celebrar̃ q̃ ĩ eecclesia nostra: neq; aliũ ibi substituere. Item ĩ quadragesima pręter istas Missas quas diximus / cappellanus noster teneat̃ dicere Missas triginta pro anima dñę Pierę de lupicinis: pro quibus libras pecuniarum quattuor & solidos decẽ albę monetę / helemosynę nomine a Camerario nostro eum accipere statuimus. Itẽ eius officium est: facere ut a baiulo Cõgregationis nostrę paramentorũ nostrorũ & candelarũ capsula singulis diebus portetur ad ecclesiam in qua diuinũ officium a Congregatione nostra celebrandum est. Item omnibus diuinis officiis & Missis Congregationis cum clerico suo ĩ principio eorum: adesse ita ut ambo coctis induti sint. Sed quando fiet officium in ecclesia nostra proxima die post festum sancti Saluatoris pro defunctis : habeat alterum clericum simul cum suo: q missis legẽdis ea die deseruiat. Cappellanus Prouisorẽ obseruare debet an hora cõgrua ueniat ad Congregationẽ: & quando a puncto debito defecerit / pœnam illius signare. Item uolumen deferre: in quo oĩum fratrium nostrorũ nomina descripta sint: & ex eo perspicere an aliquis frattum illi Congregationi desit: & si desit: debet quęrere absentię causam: an forte ęgritudine impediatur: Si ęgrotare illum inuenerit / uisitatoribus illius infirmitatem referre debet Si inuenerit illum nõ ęgrotare: sed absuisse ob aliam causam: tunc eidem futurã Congregationẽ intimet. Itẽ eius officium est: clericos sęculares seu pręsbyteros q sunt peregrini & pauperes / in hospitali nostro ad dormiendũ recipere: & secundũ constitutiones nostras benigne tractare: Lucernam illis de oleo salarii sui

accensam prębere: Ignem de lignorũ catasta quam a Camera/rio accipiet: eiusdem pro tẽpore administrare / constitutis horis secundũ cõstitutiones / ecclesiam & hospitale peregrinis aperire & claudere. Si in diebus festis quos diximus / ĩ ecclesia nostra uel ipse uel alius eius loco nõ celebrauerit / toties solidos decẽ Cõ/gregationi soluat: quoties hunc defectũ admiserit. In diebus fe/rialibus solidos quinq;. Si nõ quęsiuerit fratres ĩfirmos: & nõ re tulerit uisitatoribus: solidos quinq; pro singulis defectibus Con gregationi soluat. Si deniq; curã diligentiamq; rebus nostris nõ adhibuerit: si dissipauerit: diruerit: pdiderit: & spurce / negligẽter & male curatas habuerit: Quicquid damni domui: horto: sacra/rio: ecclesię: hospitali: rebus sacris & non sacris intulerit / resar/ciat: restituat: satisfaciat: & administratione priuet.

¶ Paupes pſbyteri a cappellano ĩ hospitali excipiant Cõst. XVII

PRęsbyteri uel clerici sęculares uiatores & pauperes a cap/pellano nostro cum charitate ĩ hospitali nostro pręsbyte/rorum recipiant: ipse supellectilia illis accomodet: ignem uel ad coquẽdũ cibos: uel cõtra frigoris molestiam administret. Lucernã cũ oleo cõtra noctis tenebras apponat. Lectos bñ curatos paret: et alia hospitalitatis officia atq; obsequia secundũ hospitalis nostri uires / pro cuiusq; gradu / merito atq; indigentia / illis prudẽter ac benigne cõferat. Tres noctes / ut plus / eundẽ pręsbyterũ aut clericũ ibi ad dormiendũ recipiat. Si charitas suadeat eundẽ pręsbyterũ aut clericũ plus q̃ tres noctes recipe: ad Priorẽ & officia les referat: Si consenserint / recipiat: si nõ consenserint / nõ reci piat. Cibos illis de rebus nostris nõ prębeat: sed ipsi aduenæ sibi eos quęrãt. Ecclesię nrę atq; hospitalis pręsbyterorũ hostiũ quoti/die illis pateat. A calendis martiis usq; ad calendas Nouẽbris ab hora .xxi usq; ad xxiiii. cõtinue aperta maneat. A calendis Nouẽbris usq; ad calendas Martii ab hora .xxii. usq; ad xxiiii. Si nõ bñ oĩa curauerit: & administrauerit pauperibus: Si pręscriptis horis & tẽporibus ecclesiam & hospitale nõ aperuerit / solidos uiginti pro qualibet uice soluere teneat: quos Archiepi florẽtini camerę applicari decernimus. Sup istiusmodi uero rerũ acusatiõe / quẽli bet dũmodo probari possit / audiendũ ac recipiendũ cẽsuimus.

¶ Hospitalarii & hospitalarię creatio & officium Const. XVIII.

HOspitalarium & hospitalariam pro hospitalis nostri gubernatione quod excipiendis pauperibus mulieribus ędificatum dicatumque est / creari uolumus. Ea cura in primis dñi Prioris nostri & aliorũ officialium erit: ut uir ac mulier qui legitimo matrimonio / non adulterio aut concubinatu iuncti sint / ad id ministerium eligant: Vt annis nõ nimium iuuenes: sed maturi ac potius grandeui: honesta uita: laudabili fama: & christianę fidei cultu probati habeant. In primis officialium / deinde cęterorum Congregationis nostrę fratrũ in numero legitimo / suffragiis ad maiorẽ nigrarũ fabarũ numerum approbent: atque instituantur. Eritque illorum institutio / & pro amborũ meritis & pro officialium cęterorũque fratrũ uoluntate uel tẽporaria uel perpetua. Domus hospitalis nři quod est a tergo nři hospitalis pręsbyterorum / illis pro habitatiõe accomodabit. Victum ac uestitum ipsi sibi de suo parabunt. A camerario nřo cadum siue barile olei unum pro pauperũ lucerna accipiãt. Libras pecuniarũ septẽ pro lauandis ipsius hospitalis linteis ac cęteris pannis. Hospitalarii & hospitalarię officium est: pauperes mulieres & peregrinas in illo hospitali benigne excipe: bene tractare: & eisdem charitatis officia pro illorũ indigentia exhibere. Lectos ĩ quibus dormiant bene curatos habere. Lucernã oleo plenã illis administrare. Hospitale ipm scopis quotidie purgare. Lectorũ lintea: cęteros pannos: stragula: culcitras: quando opus erit / lixiuio ac pura aqua lauare. Dissuta consuere. Discissa resarcire Et siquid est quod eorum opera instaurari reficique nõ possit / uisitatoribus manifestare. Si non benigne pauperes exceperint: non bene tractauerint: non bene illis administrauerint: Si nõ bene oĩa curauerint: purgauerint: lauerint: cõsuerint: resarciuerint. Si damnũ dolo malo aut crassa lataque culpa dederint: restituant: atque ab administratione ac domo summoueantur.

¶ Medici electio & officium Constitutio. XVIIII.

MEdicum a Collegio nostro eligi priuatum uolumus / ętate: scientia: experimento: ac probitate prędituum: Hoc officia

les modis omnibus curent. Eius electio ut Aduocati: Procuratoris: & Notarii facienda est. Stipendium Medico sextaria quadragintaocto ordei puri constituantur. In uigilia Resurrectionis dñi pro emendo ędulo solidos triginta. In uigilia uero oīum sanctorum pingui ansere donetur. Eius officium est: ęgrotantibus Congregationis nostrę fratribus ad quos uocabitur: medicari gratis: eamq; curā ac diligentiam adhibere ęgrotis nostris / qualē pium Medicum decet: ita ut se domus Dei & Saluatoris nostri ministrum esse meminerit.

❡ Forma accipiendi prębyteros in fraternitate Congregationis Constitutio. XX.

IN fratrum nostrorū collegium neminem admittendum decernimus: nisi sacerdotii sacramento decoratum: fama: moribus: & conuersatione spectatum laudatumq;: et aliqua dignitate aut titulo prędítum: saltē canonicatus: rectorię: aut perpetui cappellanatus. Apostatas siue a fide siue a religione / aut alio crimine uel notoria infamia dehonestatos: aut ecclesiasticis censuris īnodatos: uel alterius societatis siue collegii uinculo innexos: renuimus omnino / & tanquā a nobis ineligibiles reiicimus. Numerum collegii nostri ultra sexaginta Pręsbyteros extendi modis omnibus prohibemus: neque cuiusquā aut officialium aut totius collegii autoritate augeri unquā ullo modo permittimus. Nullibi quisquā in Congragationē nostram accipi uolumus / nisi in hospitalis nostri ecclesia: et obeunte: uel priuato: uel fraternitatē nostrā abdicante / quoquā fratrum nostrorum ut.s. semper idem numerus maneat. Qui in collegium nostrum admitti desiderat / dño Prioi cęteisq; officialibus id manifestet: idq; humiliter poscat aut uerbis: aut scripto: aut nuntio. Acceptationis tempus aut dies ipsa erit: aut dies proxima ab illa qua Prior & officiales certo sciuerint locum ī collegio nostro uacare. Ea die Prior & officiales in ecclesia hospitalis nostri cum collegii nostri pręsbyteris in numero legitimo congregentur: et quilibet officialium sine suffragiis sacerdotem unum qui in Congregationē recipi postulauerit / nominatim eligat / eiusdem ecclesię:

eiusdem ordinis: dignitatis: ac tituli: cuius erat frater: quo uel defuncto: uel abdicante: uel priuato: locus uacauit. Vt exempli gratia. Si frater defunctus: uel qui abdicauit: uel priuatus: erat canonicus huius aut illius ecclesię: nominentur canonici illius ecclesię: non cappellani neq; rectores. Si erat huius uel illius ecclesię perpetuus cappellanus: nominentur eiusdem ecclesię cappellani & nō alii. Si erat rector: nominentur solummodo rectores: non cappellani neq; canonici. Siquis autē duos titulos habuerit: non nisi ad unū nominetur. Quod si eiusdem ordinis Canonicorum rectorū / cappellanorū nō supersint / tot ut singuli officiales singulos diuersos nominare possint: idest nō supersint decem: tunc officiales quibus desunt nominandi / nominent ab aliis officialibus nominatos: neq; enim refert: neq; pro inconuenienti habemus ut idem canonicus / idem rector / idem cappellanus a pluribus officialibus nominetur: modo sit eiusdem ordinis & ecclesię cuius erat defunctus / cedens aut priuatus. Postq̄ singuli officiales singulos nominauerint / eosdem fratribus qui Congregationi in numero legitimo interfuerunt / nominatim ex ordine proponant / & sigillatim superq; singulis oīum suffragia exposcant. Cōnumeratis postea singulorū suffragiis: cui plures fabas nigras contributę fuerint / ille solus ex nominatis receptus intelligatur: & habeatur in numero fratrum nostrorum. Si duo aut plures ex illis parem fabarū nigrarum numerum habuerint tunc toties sup singulis suffragia reposcantur: quoad unus ī numero alios superet: & qui inter illos superauerit / ille in numero fratrum recipiatur. Recepti nomen inter fratrū nostrorū nomina suo loco operariorū opera conscribatur. Acceptus & conscriptus in collegium nostrū / nō ante Cōgregationem exerceat aut locum ī ea accipiat / q̄ helemosynā sacrario nostro debitam Camerario persoluerit / in scrinium ferratum cum mestruis cartoccinis mittendam. Canonicus quidem maioris ecclesię aut prçlatus / aut Abbas / aut publice decoratus florenos quinq;: idest libras pecunię uigintiocto albę monetę. Canonicus aliarū ecclesiarū: aut rector alicuius ecclesię: aut cappellanus florenos duos & dimidium: idest libras pecunię quattuordecim albę monetæ. Postq̄ acceptus & conscriptus hanc helemosynam soluerit / pro

mittat in manibus officialium ꝙ omnes Congregationis nostrę cōstitutiones & factas & legitime faciēdas / sincera fide seruabit: neq̄ ullo unq̄ modo aut tēpore illis cōtraueniet. Post hāc promissionem & post uerba quę ꝑ ingressu ad nouitios haberi solēt / ad osculū pacis ab oībus recipiaṫ. Officiales locum ī quo illū sedere cōueniat / assignent. Nouitius autē officialis esse nō possit / nisi post quattuor mēses proximos a die qua imbursatus fuerit: itaq̄ si nouitii schedula ītra hunc terminū ex aliqua officialium bursa extrahatur / reponaṫ subito ī eadē. Si officiales modū & ordinē istius decreti nō seruauerint: singuli unius floreni pęna mulctentur: eaq̄ pœna Congregationi nostrę contribuaṫ.

¶ Fratres cōgregationis domus dei honestā uitā uiuāt Cōst. XXI

NEmo de fratrū nostrorū numero blasphemet Deū uel Sanctos. Nemo cōtra iuris formā cum excomunicatis participet. Nemo ī aliquo loco nr̄ę domus: ecclię: horti: hospitalium ue nostrorū / alio ue loco nr̄o / sed neq̄ extra loca nr̄a ullibi ludat Aleis: Calculis: Talis: alio ue inhonesto ludo & lege nō ꝑmisso. Nemo concubinā habeat. Nemo tabernas uinarias sine necessitate intret. Nemo se inebriet. Nemo turpia lucra prosequaṫ. Nemo conueniat ī cōmessationibus & conuiuiis inhonestis. Nemo aliqd turpe faciat: quo uel Deus offendaṫ: uel domus dei & Congregatio nostra dehonesteṫ. Qui cōtra hęc decreta / blasphemauerit: cum excomunicatis participauerit: luserit / decem ānos ab omni officio Cōgregationis nostrę suspensus maneat. Qui concubinā publice aut priuatim habuerit: tres ānos ab omni officio suspensus sit. Qui tabernā uinariā florentię aut extra florentiā citra miliare bibendi / confabulandi / conuiuandi ue causa / aut aliter sine necessitate intrauerit: Qui ue aut ī tabernis aut alibi se se inebriauerit: solidos uiginti pro quacunq̄ uice Cōgregationi nostrę soluat: sit q̄ ab omni officio annū unū suspensus. Qui cōtra reliqua huius cōstitutionis decreta fecerit: a Priore & officialibus puniaṫ: ut ī cōstitutione de officialiū autoritate sancitū est. Quilibet autē fratrū nostrorū denuntiare possit Priori & officialibus cōtra hęc decreta delinquentem.

¶ Mu ieres loca Congregationis nostrę non habitent Constitutio. XXII.

MVlieres omnino nullę ingredi permittantur Claustra: domum: hortos: alia ue nostrę Cōgregationis loca, sine expresso Archiepi florētini & totius collegii nostri consensu. Siqua mulier quacunq; ex causa cōtra hoc decretum ī locis nostris manserit / cappellanus noster intra octo dies eam amoueat atq; abigat: Si non amouerit atq; abegerit / officio atq; administratione ipso facto priuatus intelligatur & sit. Eo sic priuato / Prior & officiales ītra alios octo dies ab his proximos alium cappellanum eligant solito more: & instituant. Si nō elegerint & instituerint: quinq; florenorū aureorū pœna singuli puniantur: quos Archiepischopalis curię camerę applicari elapso termino decernimus. Colloquia cum suspectis mulieribus ī ecclesia nostra & in aliis locis nostris: a clericis: ab aliis religiosis: a sęcularibus & a fratribus nostris haberi omnino prohibemus. Si culpa cappellani aut cuiusquā fratris nostri contrafractū fuerit: Prior & officiales constitutionis autoritate ac iure delinquentē prosequant & puniant.

¶ Imbursationis officialium forma Constitutio. XXIII.

SIngulis trienniis officiales in mense Octobri congregent in ecclesia nostra oēs fratres Congregationis nostre: ibiq; oīum fratrum nomīa sigillatim in quaternis schedulis / pro quattuor officialium bursis conscribi sine suffragiis faciāt: ita ut indifferenter quilibet scribatur ī una schedula pro bursa Priorum: in alia pro bursa Operariorum: in tertia pro bursa Visitatorum: in quarta pro bursa Consiliariorū: ut. s. singulos fratres de singulis bursis deq; singulis officiis extrahi contingat. Quattuor deinde bursę plenę schedulis istis signentur extrinsecus nomine singulorum officiorum: Prima nomine Priorum: Secunda nomine Operariorum: Tertia nomine Visitatorum: Quarta nomine Consiliariorum: Deinde plenæ ac signatæ condantur in capsulam / seruandis huiusmodi bursis destinatam: Ea capsula tres claues habeat: quarum primam teneat apud se domi-

nus Prior: secundam teneant Operarii: tertiam Consiliarii. His tribus clauibus occlusa / condatur in capsam ferratam quã tres itidem claues claudant: atq; firment. Harũ trium clauium primã Archidiaconus florẽtinę ecclesię: si de collegii nostri numero fuerit: apud se teneat: si non fuerit de numero nostro / ipse eam nõ teneat: sed tunc eam teneat antiquior canonicus cathedralis ecclesię florentinę: si de numero fratrum nostrorũ fuerit: Si nõ fuerit de nostris / eam non teneat' sed teneat eam in illo casu anti quior cappellanus eiusdem cathedralis ecclesię: q de nostris erit. Secundam teneat Prior sancti Laurentii: si fuerit de Congregatione nostra: Si non fuerit / habeat eam antiquior canonicus eiusdem sancti Laurentii: si erit de nostris fratribus: si nõ erit de nostris fratribus / habeat eam eiusdem ecclesię antiquior cappellanus: qui de nostris fratribus sit. Tertiam habeat antiquior in Congregatione nostra rector. Antiquiorẽ uero siue canonicum / siue cappellanũ / siue ecclesię alicuius rectorẽ / non annis sed ingressu in Cõgregationem nostrã intelligi uolumus: ut qui prior in Congregationẽ nostrã acceptus est / is antiquior habeatur. Capsa ferrata intra quam capsulam bursarũ includi debere statuimus / semper in sacrario ecclesię nostrę habeatur: ibiq; asseruetur. Has duas capsas nunquã e sacrario nostro amoueantur: nunquã aperiantur / nisi imbursationum aut extractionum tempore. Quando eas aperiri oportuerit siue pro extrahendis officialibus: siue pro imbursandis schedulis / officialium suffragiis decernaẽ per duas eorum partes. Cum decretum fuerit ab eis ut aperiantur: tunc pręsentibus in Congregatione fratribus / cappellanus noster aut alius qui iussus fuerit / comitantibus duobus consiliariis capsam de sacrario ad conspectũ officialium deferat: ibiq; ante oculos oĩum fratrum pręsente notario Congregationis nostrę / Dñs Prior manu sua illam aperiat: aut Priore absente / Prępositus: Notarius autẽ si schedulę legendę fuerint: eas de manu Prioris acceptas leget. Extractis uero officialibus aut imbursatis schedulis / Prior eandem claudat: & ĩ sacrarium eisdem qui eam detulerant: referendam tradat.

Antiquior quis intelligatur.

¶ Officia & Missę Cõgregationis qbus diebus celebrent: in qua ecclesia: qua hora: & quo tẽpore fratres adesse oportet: quo ue ordine sedeant Constitutio. XXIIII.

ANNiuersaria: officia & missę Congregationis nostrę a fratribus nostris in ecclesia in qua ille qui legata aut helemosynam pro his celebrandis reliquit: in suo testamẽto constituit: celebrent singulis diebus siue festis siue profestis / siue iunctis siue interpositis: aut singula singulis diebus aut bina: Sed tamẽ ita celebrentur: idest eo ordine quo in libro Congregationis nostrę anniuersariorũ (quod Campioncinũ uocatur) in dies ac menses digesta Anno dñi M.cccc lxxxxv. Die.xxx. Nouembris conspiciuntur: nisi iusta causa dierũ ordinem interrumpere: non mutare / coegerit. Qua tamen cessante / Prior & officiales prę-scriptum ordinẽ omnino prosequi studeant. Numerum anniuersariorum quę usque ad annum 1484. distributa sunt / in singulis Magistratus officialium collatum obseruent: sicut in Campioncino distributum inuenimus: ut. s. quilibet offficialium Magistratus anniuersaria suo tempori attributa celebrari faciat. Primus quidẽ Magistratus a calendis Nouembris usque ad ultimã Februarii diem inclusiue Anniuersaria octogintatria. Secundus Magistratus a calendis Martii usque ad ultimã Iunii diem inclusiue / Anniuersaria itidem octogintatria. Tertius Magistratus a calendis Iulii usque ad ultimam Octobris diem inclusiue Anniuersaria octoginta quattuor. Anniuersaria uero quę post diem xxx. Nouembris anni 1484. nobis superuenerunt: aut in posterum superuenient: ęquis portionibus in quemlibet officialium Magistratum supra numerum taxatum / distribuantur: ut quęq; hoc uel illo mense / hac uel illa die fieri ab his qui ea Congregationi reliquerunt / constituta sunt / ita fiant. Itaq; cui Magistratui plura aut pauciora aut totidem ex illis obuenerint / obueniant. Et quia anniuersariorum numerus / dierum officialium numerum excedit: ideo quilibet Magistratus anniuersaria adduplicet secundum anniuersariorum excrescentiam sibi obuenientium: ita. s. q; in fine officii eorũ quilibet anniuersariorum numerum sibi obuenientium omnino expleat. Sed hoc ordine du-

plicata anniuersaria celebrentur:ut s.non fiant continue singu lis diebus duo:sed discrete & intercisim in qualibet hebdomada duobus tantum diebus celebrent̃ duo eadẽ die:aliis uero diebus hebdomadę una die unum solummodo officium. Si autem iam appropinquante fine temporis officialium / supersint plura an niuersaria q̃ dies / tunc liceat eis & ter & pluries in hebdoma/da celebrare duo anniuersaria eadem die:quia temporis angu/stia urget. Hora ordinaria celebrandi Anniuersaria Congre/gationis nostrę quãdo celebrat̃/unũ solũmodo officiũ in una die est ut celebret̃ post dictã Missam cathedralis ecclesię:quę cantãt post horã tertiarũ:nisi forte ex iusta causa aliter dñi officiales no stri mandarent. Quando autẽ duo Anniuersaria eadẽ die cele/brantur / tunc primũ Anniuersarium celebret̃ una hora anteq̃ pulset̃ campana cathedralis ecclesię ad horam tertiarũ. Secundũ Anniuersarium celebret̃ post cantatã Missam (ut dictũ est) ho/ra ordinaria. In tota autẽ Quadragesima singulis diebus singu la Anniuersaria & nõ duo celebrentur:neq; incohetur in Con/gregatione officium / nisi quarta parte horę transacta postquã Prędicatio in ecclesia cathedrali finita fuerit. Et nemo aut Inui tatorium / aut nocturnum / aut Missam de sancto audeat incipe re (etiã si ipse esset officialis) ante pręscriptas horas: neq; an te q̃ cappellanus noster ĩ eam ecclesiã ueniat. In officiis defun/ctorum Inuitatorium ante nocturnum / aut nocturnum sine in uitatorio dicatur pro consuetudine ecclesiarum ĩ quibus fratres nostri Anniuersaria celebrant: Pręter q̃ in Anniuersario quod fit proxima die conuenienti post festum sancti Saluatoris in eccle/sia nostra:in quo Inuitatorium cum omnibus nocturnis / & cum laudibus officii defunctorũ solẽniter cantari iubemus: Et duo/decim libras candelarum per totam ecclesiam dum cantatur il/lud officium & Missa / ibidem accendi. Pręterea culcitram no/stram sericam & peregrini effigie insignitam / super scanno in inferiore parte pauimenti nostrę ecclesię extendi / accensis cir/cum undiq; candelis. Candelarum uero reliquum quę ea die ibi accenduntur / cappellanus noster non habeat: sed loco cande/larum quæ ibi supersunt / solidos uiginti a Camerario nostro accipiat: & illa cera quę ibi superrerit / sit Congregationis. Hoc

autem Anniuersarium' ea die post festum sancti Saluatoris in Ecclesia nostra pro omnibus fratribus nostris defunctis / pro nostris benefactoribus / & generaliter pro omnibus Christianis defunctis celebretur. Quamobrem ipsum loco Anniuersarii quod singulis annis in ecclesia nostra fieri consueuit: compensari: adscribi: & acceptari uolumus. Oportet uero collegii nostri presbyteros si helemosynam siue cartoccinum habere uolunt / adesse diuinis officiis & Missę ante eleuationem corporis & sanguinis domini nostri Iesu christi in Anniuersariis defunctorum: qui uenerint post eleuationem sacramenti: helemosynam illius officii non habeant. Omnes autem qui aderunt ĩ principio ante q̃ finiatur Iuitatorium; uel quando non dicitur Inuitatorium: ante q̃ finiatur primus Psalmus nocturni / habeant denarios quattuor / siue denarios duodecim (ut in quibusdam officiis constitutum est) supra helemosynam ordinariam: idest / supra cartoccinum. In Missis Sanctorum quæ in Congregatione nostra celebrantur: illi qui aderuut ante eleuationem corporis & sanguinis domini: habeant helemosynam ordinariam: qui aderunt in introitu Missę: habeant denarios quattuor supra ordinariam helemosynam: Exceptis Missis sancti Iacobi & sancti Saluatoris: in quibus qui uult habere helemosynam: oportet adesse ante q̃ finiatur ultimum Chyrieleison. In primis autem & secundis horum festorũ uesperis oportet adesse ante q̃ finiatᷣ gloria patri post primum psalmum. Qui non aderit in punctis prę scriptis: helemosynam illius officii nõ habeat. Omnes pręterea presbyteri Cõgregationis nrę nõ nisi coctis induti ad Anniuersaria nr̃a conueniant: eos dicimus quos uti cocta oportet. Qui Anniuersariis nostris sine cocta ĩterfuerit / habeatᷣ tanq̃ nõ ĩterfuit & illius officii helemosyna careat. In ecclesiis ĩ qbus chorus est separatus a reliqua parte ecclię & est capax oĩum fratrũ q ad Anniuersaria cõueniũt: oẽs fratres facta ĩclinatione ãte altare maius sedeant ĩ eodẽ choro simul oẽs. Si extra chorũ q̃uis redituri / sine Prioris licẽtia aut prępositi cõsensu postulato & obtẽto ul' alterius officialis ĩ Prioris & prępositi absentia / mãserint: illius officii helemosynã nõ habeãt. In ecclesiis aũt in qbus nõ est chorus: ul' chorus est paruus: neq; capax oĩum fratrũ qui ĩtersunt: liceat eis fa-

cta Inclinatione ante altare maius / manere in qua parte eccle/
siç uoluerint: seruato tamen ordine sedendi: dūmodo intra eccle
siam maneant. Qui sine consensu Prioris aut Prępositi / Priore
absente: uel istis absentibus sine consensu alicuius officialis po
stulato & obtento de ecclesia exiuerint quāuis paulo post reditu
ri: helemosyna illius officii careant. Officiales dum anniuersaria
celebrantur / in omni ecclesia in dextra parte chori ex ordine se
deant. In primo loco Prior. Secundo post ipsum Prępositus. Ter
tio loco Operarii. Quarto loco Visitatores: Quinto loco Consi/
liarii. Cathedralis autem ecclesię Canonicus aut Abbas / de qua
cunq̧ officialium bursa extractus / sedeant semper ī officio suo
iuxta Prępositum. Doctor uero ī officio pari / semp in superio/
re loco ante suos collegas sedeat. Domini Canonici cathedralis
ecclesię / in sinistra parte chori secundū dignitates eorū sedeant.
Iuxta istos sedeant alii pręlati: Priores: Doctores: in suo ordine.
iuxta dominos officiales aut iuxta Doctores sedeant Canonici
ecclesię sancti Laurentii. Reliqui deinde pręsbyteri sedeant hinc
inde secundum gradum atq̧ ordidem ingressus eorum. Qui su/
perioris locum occupauerit & pertinaciter tenere contenderit:
de fratrum nostrorū societate ac numero abradatᷣ. Hunc uero
ordinem ac modum sedendi fratribus nostris seruandū esse de/
cernimus ubicunq̧ tanquā fratres Congregationis sancti Salua
toris conuenerint. Nemo ante eleuationem corporis & sangui/
nis dn̄i nostri Iesu Christi de Congregatione discedat: sed qui di
scedere desiderat: post eleuationem sacramenti quādo negocia
exigunt / discedant: tamē nō sine consensu obtento cum suffra
giis officialium: ut in lege suffragiorū decreuimus: pœnam ī ea
lege scriptam reportaturus. Liceat tamē dn̄o Priori: Camera/
rio: Prouisori: & Cappellano nr̄o quolibet anno ad festum quod
collegiū nostrū singulis annis ī scō Felice ad Emam celebrat in
tra octauam apostolorū Petri & Pauli / ire libere: sed helemosy/
nam Anniuersarii quod ea die a nostris Florentiæ celebrabitur
nō accipiant. Et cum iuerint: teneanᷣ interesse personaliter di/
cto festo & officio quod ibi celebraᷣ pro anima Frācisci lancearii:
curentq̧ ut ea quę antiquitus ī dictis officiis fieri consueuerunt:
omnino seruentur. Meminerint autē oēs fratres nostri Domos

Dei:idest ecclesias / esse domos orationis / non fora neq; thea-tra. Meminerint se ibi assistere Regi regum & domino dominantium: ad cuius conspectum pauent columnę celi: idest sancti Angeli. Putant igitur etiam Sacerdotes / & dum preces & laudes diuinę dicuntur / ab aliarũ rerum loquutione abstineant: quia cum Deo loquunt: Et modeste atq; honeste ut Angelos decet / diuinis rebus insistãt: Sacerdos.n. Angelus dñi est. Quanto alt ore gradu fratres Cõgregationis, nęq excellũt & maiore dignitate prę-fulgẽt: tãto modestius: tãto honestius: tãto religiosius ĩ his locis atq; negociis sese habeãt: ne ĩ ore hominũ fabula & ludibrium: in Dei autẽ iudicio lignum / fœnum / aut stipula quę debentur ultricibus flammis / habeantur. Qui contra hanc honestatis ac pietatis legem cõmiserint: officialium arbitrio puniant. Si officiales non puniuerint humana complacentia abstracti: punitionem ipsi a Deo expectent.

¶Missę in anniuersariis quomõ eligendę / Ministri altaris & Cantores quomodo deputandi: Psalmi penitentiales cum Letaniis & officio defunctorum quomodo & quibus iniungendi Constitutio. XXV.

IN singulis Congregationis nostræ Anniuersariis siue de sanctis siue pro defunctis a Prouisore nostro schedulã fieri mandamus: in quo ipse describat nomina fratrum nostrorũ qui Missas sine cantu dicere debent / secundum testatoris uoluntatẽ & numerũ / & nomina fratrũq debent cantare Euangeliũ & epistolam. Item nomina eorum qui Cantoriam exercere debent: et nomen illius qui debet dicere psalmos penitentiales cum letaniis & orationibus sequentibus & tribus nocturnis mortuorum cum suis laudibus / Pręscriptis tamẽ ĩ fronte schedulę Die mensis / hora diei / Anno / nomine ecclesię in qua celebratur anniuersarium / cum nomine illius aut illorũ pro cuius aut quorum salute Missę celebrantur. Et ad psalmos quidem penitẽtiales dicendum / cum letaniis orationibus & officio defunctorum / oẽs Cõgregationis nostræ fratres cuiuscunq; status: ordinis: aut dignitatis sint (dummodo Congregationem frequentent) de-

bere in dicta schedula describi sine ulla exceptione decernimus. Ad dicendũ uero Missas sine cantu describantur in schedula oẽs alii excepto Priore / quem uolumus pro honore officii sui in omnibus Anniuersariis nostris in ecclesiis quorũ rector aut gubernator non est de fratribus nostris: semper posse cantare Missam quando sibi placuerit: Et quando cantare noluerit: uolumus ꝙ alicui de nostris cui uoluerit cantandam iniungere possit: & ipse tunc possit Missam sine cantu dicere: sibi tamẽ iniunctam ab aliquo ĩ schedula ad dicendũ Missam / scripto pro illa die: ꝙ si noluerit cantare & non fuerit sibi iniuncta Missa ab aliquo de schedula: tunc cantandam cui uoluerit iniungat: & ipse in illa die nõ celebret. Hęc autẽ quę de Priore diximus / eo absente: in Pręposito locum habere uolumus. Excipiant etiam a dicendis Missis in anniuersariis sine cantu oẽs alii officiales: et dñi Canonici cathedralis ecclesię: & Canonici sancti Laurentii. Item pręlati & Abbates: quos nullo modo & nullo tempore ad legẽdas Missas sine cantu in dicta schedula describi uolumus. Excipiat etiã gubernator aut rector eccl'ię ĩ qua celebrat Anniuersariũ: si est de fratribus nostris: nã in die ĩ qua eius Anniuersariũ a nobis fit ĩ eccl'ia / nolumus eum ĩ dicta schedula Missa eum describi: qa decet & uolumus ꝙ in ea die ipse in ecclesia sua Missam illius Anniuersarii cantet si sibi placuerit: & si cantare noluerit / in eius potestate sit eam alicui de nostris cantandã iniungere: et tunc ipse (si uult) dicat Missam sine cãtu. Si tamẽ aliquis frater sibi Missam de schedula dicturus / eam illi dicendã iniunxerit: Si autẽ nullus Missam illi de schedula iniunxerit & ipse cantare noluerit / iniungat alicui cantandam: & ipse uacuus ea die Missam nõ celebret: sicut de Priore diximus. Ad cantandũ euangelium & epistolam & ad exercendum cantoriam / omnes similiter fratres in schedula scribantur: Exceptis Priore: Officialibus: Canonicis cathedralis ecclesi : Canonicis sancti Laurentii: Pręlatis: Abbatibus: Doctoribus & Ministris collegii nostri.s. Camerario Prouisore & cappellano. Quorum omnium nullum neq; ad cantandum Euangelium: neq; ad cantandum epistolam: neq; ad faciendum Cantoris officium describi in schedula uolumus. Eligendi & scribendi ĩ schedula quemlibet fratrũ / hic modus atq; ordo seruet. Pro

uisor omnium fratrum nostrorum nomina ex ordine conscripto siue i albo siue i libro ante oculos habeat: ita q sicut quisq; ante alium & post alium est in Congregationē acceptus; sic eo ordine ante alium & post alium conscriptus habeat. Et i primo Anniuersario quod celebrandū est / incipiens a fratre q primus in albo scriptus est: eius nomen scribat in schedula in primo uersu ad dicendum primam illius Anniuersarii Missam sine cantu. Deinde in secundo uersu eum qui secundo loco in albo est scriptus / ponat ad dicendū secundam Missam. In tertio uersu scribat ad dicendū tertiam Missam eum'q tertio loco i albo est scriptus. Et deinceps hoc ordine tot scribat: quot illud Anniuersariū exigit. Post Missas Anniuersarii / prosequendo eundē ordinē: scribat eum qui sequit in albo post illos ad dicendū Missam generalem sine cantu / pro oībus fratribus & bñfactoribus nrę Cōgregationis defunctis. Et hęc Missa generalis semper i oībus Anniuersariis i schedula post alias Missas scribatur / nunq̃ prętermittat. Scriptis hoc ordine omnibus Missis: iterum redeat ad eum q primus i albo est scriptus: & eius nomē scribat post Missam generalem in eadē schedula ad cantadum Euangelium. Post hunc scribat eum q secundus est i albo: ad cantandū epistolā. Deinde scribat eum q tertio loco & eum qui quarto loco est scriptus i albo: ad faciendū Cantoris officiū: eruntq; duo Cantores. Postremo rediens ad eum q in albo est primus / scribat i eadē schedula in ultimo uersu eius nomē / ad dicēdū psalmos penitētiales cum letaniis & oronibus suis & toto officio mortuorū. Eodē modo i secundo tertio & oībus aliis Anniuersariis usq; ad ultimū / Missas ministros & eum q dicat psalmos in schedula scribat. Tres ordines a nobis iceptos & descriptos cōtinue i schedulis prosequat: prętermissis tñ ptermittēdis i omni ordine. Nam cum in aliquo ordine peuenit ad eum q inde excipit / trāseat eius nomē: & accipiat nomē sequētis q nō excipiat: scribatq; illud i schedula in suo ordine & loco. Primus ordo eorū est q Missas dicēt. Secundus ordo est Ministrorū & Cantorū simul. Tertius ordo est eorum q dicent psalmos penitētiales. De primo ordine excipiūt oēs officiales: oēs canonici: pręlati & abbates: & frater rector seu gubernator ecclię i anniuersario suę ecclię. De secūdo ordine excipiūt oēs

quos nunc diximus / & Doctores & tres ministri collegii nostri. De tertio ordine nullus fratrum nostrorũ excipitur. In singulis ergo schedulis pretermissis ĩ omni ordine pretermittendis / scribat ad dicendũ Missas eos qui sequunt in albo eos qui dixerunt Missas in superiore Anniuersario. Ad ministrandum altari scribat eos qui sequuntur ĩ albo eos qui in superiore Anniuersario ministrauerunt. Ad exercendum Cantoris officium / scribat eos qui sequuntur in albo eos qui in superiore Anniuersario fuerunt Cantores. Ad dicendũ psalmos / scribat illum qui sequitur in albo eum q in superiori Anniuersario eos dixit. Sed ĩ festo sancti Saluatoris sex missas ĩ schedula scribat. In anniuersario quod fit proxima die cõuenienti post festũ sci Saluatoris p defunctis fratribus & bñfactoribus & oĩbus fidelibus defunctis / scribat Missas qudecim: Ministros altaris tres & Cantores quattuor: qa illud officium ualde solẽne est. In festo autẽ sancti Iacobi scribat Missas octo. In festo & officio quod celebramus intra octauam Petri & Pauli apostolorũ in ecclesia sancti Felicis ad Emam / Prior si uult possit ibi eligere Ministros & Cantores pro sui sententia: Si non uult eligere / tunc ipsi presbyteri qui aderunt sortiantur inter se aliquos q ministrent: & aliquos qui sint Cantores. Quando autẽ celebramus Anniuersaria in ecclesia cathedrali & ĩ ecclesia sancti Laurentii / Presbyteri dictarum ecclesiarũ quanuis nõ sint de fratribus nostris / cantent euangeliũm & epistolã: & Cantorum officium exerceant. Si noluerint: tunc Prior noster uel eo absente / Prepositus possit in illorum locum eligere ad hec facienda quoscunq; de nostris uoluerit. Prouisor secundum modum quem diximus / factam schedulam Missarũ: ministrorum: cantorum: & illius qui dicturus est psalmos penitẽtiales / ponat hora conuenienti in sacrario ecclesie in qua Anniuersarium celebrari in illa die debet: ut oẽs fratres eam legere possint. Deinde ante q̃ prefatio cantetur / in medium chori ueniens / aut pro eo capellanus / alta uoce pronuntiet nomen illius: cuius causa illud Anniuersariium celebratur: & pro salute ipsius orationes populo indicat: scilicet Pater noster & Aue maria. Fratribus autem Cõgregationis indicat psalmũ De profundis. Quo alternis uersibus a fratribus absoluto / ipse dicat orationẽ pro anima illius.

aut illorum solito more. Post hęc alta uoce ibidem legat ex alia schedula Anniuersarium quod proxima die celebrandū est: cum Missis: ministris: cātoribus: & illo q psalmos dicturus est. Si autē duo celebrāda erūt eadē die / Duo eodē ordine describat: & pronuntiet. His lectis / statim cantetur in Missa pręfatio: et finita Missa / fiat processio: sicut in proxima cōstitutione describemus. Quando in una die unū solūmodo Anniuersarium celebratur / hora consueta: idest post Missam tertiatum cathedralis ecclesię / tunc qui ad Missam dicendam in schedula descriptus est: aut pro illo substitutus: curet diligēter eam & finiat anteq̄ dicatur introitus Missę in illa Congregatione cantat. Si non finiuerit eam ante dictum terminū: soluat solidos quinq3: neq3 ab huiusmodi pęna absolui possit: nisi euidenter probet habuisse legitimū impedimentum: propter q̄uod nō debito tempore celebrauit. Et apparente ac approbato impedimento / absolui possit ab offialibus: sed non aliter q̄ suffragiis duarum tertiarū partium nigrarum fabarum. Qui scriptus in schedula ad dicendū Missam: uel pro illo substitutus / eam nō dixerit: helemosynam illius Missę nō habeat: solidos quinq3 Congregationi persoluat: neque ab hac pena absolui possit: nisi suffragiis totius collegii. Prouisor dictos delinquentes puniet: & eorum pœnam perscribat: si nō punctauerit & nō scripserit: ipse pro illis ad easdem pœnas punctet. Quando fiunt duo Anniuersaria eadem die: quisq3 in schedula ad Missam dicēdam scriptus aut pro illo substitutus: eam quacunq3 hora uoluerit dicat: dūmodo eam illa die nō prętermittat.

¶ Processiones post Missam quo ordine fiant Const. XXVI.

ELeuato corpore & sanguine dn̄i nostri Iesu christi in Missa quę in Cōgregatione cantatur: cappellanus noster det singulis fratribus candelam ad processionē: et incipiens a domino Priore det eas īmediate oībus officialibus: postea dn̄is Canonicis cathedralis ecclię: deinde cęteris ī suo ordine. Cantor aūt imponat alicuij fratri Antiphona Exultabunt dn̄o. Deinde finita Missa / omnes fratres candelas accensas in manibus habēres intra eandē ecclesiam (ubi fieri poterit) processionē ducāt / can

tando alternis uersibus psalmum Miserere mei deus:cum anti/ phona Exultabunt. Qua finita / sacerdos qui Missam cantauit: incipiat cantando Antiphonam Ego sum:et fratres cantēt alte/ rius cāticum Zacharię: idest Benedictus dominus deus israel:cum Antiphona Ego sum. Qua finita / idem sacerdos pronuntiet al ta uoce cantādo Pater noster:et hac oratatione ab oībus sum/ missa uoce finita. Sacerdos cantando dicat: Et ne nos inducas in tentationē: Cęteri cantando respondeant: Sed libera nos a ma lo. Ille dicat: A porta inferi: Cęteri respondeant: Erue domi/ ne animam eius:aut animas eorum. Scerdos cantet: Requiescat aut requiescant in pace. Cęteri respondeant Amen. Ille dicat. Dñe exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te ueniat. Sacerdos dicat: Dominuss uobiscum. Respon: Et cum spiritu tuo. Sacerdos prosequatur orationem dicendo. Oremus Absolue domine animam / aut animas famul. &c. Respon. Amen. Cantores cantēt. Requiescant ī pace:aut requiescat. Et responso amen / unusquisq; discedat:nisi Prior aliud dixerit. Hæc autē processio fiat ualde solēnis ultra solitum / ī fine officii & Missę quę cantabunt in nr̃a ecclesia pro defunctis die proxima post festum sancti Saluatoris. Sed candelę Congrationis quę in processione hac in manibus portantur:nō accendātur ante q̃ sit finita prima oratio post comnnionē Missę cantatę. Quicunq; an te hanc orationem eas accenderint / helemosynam illius officii amittant. Fratres cum candelis accensis hoc ordine bini proce/ dant:ut.s.primo loco / idest post omnes eat dominus Prior no/ ster in parte dextra / iuxta illum Prępositus in parte sinistra. Se/ cundo loco / idest ante Priorem & Prępositum procedant suo or dinę domini Canonici cathedralis ecclesię cum Abbaribus:siqui in collegio nr̃o fuerint. Tertio loco:idest ante istos / eant cęteri officiales nostri: Primo Operarii:ante istos secundo loco Visita tores. Tertio loco:idest ante hos / Consiliarii. Quarto loco:idest ante omnes officiales eant Priores collegiati & Doctores. Quin to loco:idest ante Doctores eant Canonici sancti Laurētii. Sex/ to loco:idest ante hos Canonicos / eant reliq fratres unusquisq; in suo ordine pro suo gradu ac dignitate sua. Officiales in offi/ cio pari honorem inter se digniori deferant:ut.s.in eodem of/

ficio Canonicus: Abbas: Doctor: semper digniore loco: idest in parte dextra eundo precedat ubicunque tanquam fratres nostrae Congregationis conuenerint. Qui cōtra huius decreti ordinem sederit / aut in processionibus nostris pertinaciter ire uoluerit: de collegii nostri numero ac societate auferatur.

¶ Helemosyna quę in anniuersariis danda est singulis fratribus Constitutio. XXVII.

PRæsbyteri Congregationis nostrę qui oportuno tempore Anniuersariis interrerunt: neque contra decreta nostra ante finem discesserint / singuli helemosinam albę monetę habeant in singulis Anniuersariis siue defunctorum siue sanctorum in quibus helemosyna a Congregatione nostra impenditur: Dn̄s Prior solidos sex; Cęteri officiales: idest Operarii: Visitatores & Consiliarii / quacunque dignitate / prelaturę: canonicatus; abbatis aut doctoratus praecellant / singuli pariter solidos quinque habeant. Canonici cathedralis ecclesię: Prelati: Abbates: Doctores: Priores collegiatarum ecclesiarū / singuli solidos tres. Reliqui fratres singuli solidos duos & denarios quattuor. Qui aderunt in principio / habeant ultra primariam helemosynam quam diximus: denarios quattuor: sicut ī constitutione uigesima quarta scripsimus: quod etiam locum habere uolumus in festis sancti Saluatoris & sancti Iacobi / in utrisque uesperis & Missa. Sed omnes qui aderunt dum cantabitur Inuitatorium officii defunctorū quod fit in ecclesia nr̄a proxima die post festum sancti Saluatoris / accipiāt ultra primariā helemosynā / solidū unum: tantumdē ī Anniuersario dn̄i Bonini & ī anniuersairo dn̄i Iacobi de Mannellis: & ī Anniuersario dn̄i Nocolai de Canigianis aderunt dum cantabitur Inuitatorium / solidum unum pręter primariam helemosynam habeant. Qui Missam Anniuersarii cātauerit / solidos quattuor pręter primariā helemosynāhabeat. Qui Missas de schedula sine cantu dixerint: singuli solidos tres: pręter primariam helemosynā. Ministri altaris ad Euangelium & epistolā & Cātores unū solidū singuli pręter primariā helemo

synam habeāt. Hebdomadarius in festo sancti Saluatoris & sancti Iacobi in utrisq; uesperis ultra primariam helemosynam pro qualibet uice solidos quattuor habeat. Qui missam in his festis cantauerit: solidos sex preter primariam helemosynam accipiat. Qui in festo sancti Saluatoris Missas sine cantu legent / singuli pro singulis Missis solidos quattuor habeant. Qui uero in festo sācti Iacobi eas legerint: singuli solidos quinq; pro singulis Missis accipiant. Ministri & Cantores ī his festis unū solidum preter primariam helemosynā solito more singuli accipiant. Omnes autē superius dictę helemosynę de moneta alba persoluantur. Clericus qui ultra clericum cappellani nostri in officio defunctorum quod in ecclesia nostra proxima die post festū sancti Saluatoris celebrabitur / seruiuerit Sacerdotibus ī legēdis Missis / pro labore suo solidos duos habeat nigra moneta. Sacerdotes autē collegii nostri qui dicto Anniuersario interfuerint: in eo Missas dixerint: ministrauerint: cantores fuerint: helemosynas ordinarias quę in aliis Anniuersariis dari solent: accipiant. Officiales in fine officii sui / piperis portiones ultra pecuniarias helemosynas habeant. Dominus Prior libram: cęteri officiales singuli uncias sex. In anniuersario quod proxime post festū Purificationis gloriosę matris domini in ecclesia nostra celebrantur / singuli Congregationis nostrę fratres qui aderunt: candelam albam benedictam ultra pecuniariam helemosynam habeāt. Dominus Prior candelam ponderis sex unciarum: Reliqui officiales: prelati: Camerarius: Prouisor: Cappellanus: Aduocatus: Procurator: Notarius: singuli candelam unciarum trium. Hospitalaria candelam unciarum duarum. Reliqui fratres singuli candelam habeāt unciarum duarum. Fratribus qui ea die non interfuerint / candelam officiales mittant. In anniuersario quod proxime ante festum omnium Sanctorum in ecclesia nostra celebratur / singuli fratres qui aderunt ibi / piperis portionem ultra pecuniariam helemosynam accipiant. Dominus Prior uncias octo: cęteri officiales: prælati: priores collegiati: Doctores & ministri / singuli uncias sex. Alii fratres / singuli uncias quattuor.

¶ Helemosyna quę singulis mensibus Congregationi a fratribus reponenda est: et in quos usus eroganda est haec: et pecunia condēnationum: & pecunię a Nouitiis pro ingressu collatę Constitutio. XXVIII.

SInguli Cōgregationis nostrę presbyteri / q collegii nři Anniuersaria frequētius singulis mensibus in quibus illis intersunt / unum cartoccinum: idest unam ordinariam helemosynam sibi debitam Congregationi relinquant: etiam si tantūmodo semel ī mense ad Congregationē uenerint / cartoccinus intelligitur helemosyna primaria alicui debita pro una uice ī uno Anniuersario: Qui neq₃ primo die neq₃ ulla die alicuius mensis usque ad ultimam eiusdem inclusiue / ad Congregationem non uenerit / cartoccinum Congregationi non soluat: quia nō lucratus est: Tot denique mensibus cartoccinum quisq₃ soluere non teneatur / quot integros menses ad Congregationis Anniuersaria nō uenerit: Tot cartoccinos quisq₃ soluat / quot mensibus ad Congregationis Anniuersaria se contulerit: uel si tantum semel in mense (ut diximus) ad ea se contulerit: Helemosynas menstruas istorum cartoccinorum Camerarius noster ī fine cuiuslibet mensis a singulis fratribus Congregationē frequentantibus (sicut dictum est) accipiat: quando illorum helemosynas computabit: Et in scrinium ferratum hospitalis nostri īmittet: in quod immittet etiam pecunias condemnationū / & pecunias quas Nouitii pro eorum ingressu sacrario nostro conferunt: de quibus in constitutione uigesima tractauimus. Has. n. pecunias mestruorum helemosynarum & condemnationum & Nouitiorum distribui uolumus in reparationem / atque instaurationē sacrarum uestium sacrarii nostri / sacrorū uasorum / altarium / ecclesię nostrę / linteorum & culcitrarum hospitalium nostrorum / domorum prędiorumq₃ nostrorū: ut cuiusq₃ rei utilitas / indigentia & oportunitas postulabit. Neque unquā aliqua causa aut alicuius suasu e ferrato scrinio eas pecunias extrahi uolumus: neq₃ expendi in alios usus: nisi collegii nostri suffragiis & legitimo fabarum nigrarum numero decretum fuerit. Computum istarum pecuniarum Camerarius seorsum ab aliis pecuniis scribat: & seor-

Cartoccinus quid

Cartoccinorū mestruorum Condēnationum & Nouitiorū pecunię

ſum ab aliis earum rationem in fine officii ſui reponat. Si non
diligenter hęc omnia ſeruauerit: florenum Congregationi per/
ſoluat. Siquis helemoſynam iſtam meſtruam ſoluere noluerit &
tamen helemoſynas quotidianaſ accipere contenderit / Came/
rarius tantum retineat ex helemoſynis illius in faciendo com/
puto in fine menſis: quantum ille Congregationi debet: neque
illi helemoſynaſ lucratas ſoluat: niſi iſtam retinuerit. Si ſoluerit
& nō retinuerit: tunc tantūdē Camerariuſ de pecunia ſua Con/
gregationi reſtituat: quantum illi retinere debuiſſet.

¶ Relicta Congregationi noſtrę pro Anniuerſariis quę acci/
pienda aut renuenda ſint Conſtitutio. XXVIIII.

COllegium noſtrum ſeſe obligare ad officia Anniuerſa/
ria ſiue pro uiuis ſiue pro defunctis / omnino prohibe/
mus: niſi pro his officiis aut Miſſis Camerario collegii nr̄i quin
quaginta floreni largi de groſſis numerati fuerint / ab illis qui
uel uiui anniuerſaria pro ſe fieri expoſcunt: uel ab illis qui defun
cti legata nobiſ relinquunt: Superq; hoc decreto noſtro nul/
lam prorſus diſpenſationem haberi poſſe decernimus. Tamen
propter hoc in rebus ſacris mercaturas nō tractamuſ: neque lu
cra aucupamur: ſed collegii noſtri noſtrarumq; rerū uiribuſ pro/
ſpicimus / iuſtitię & indennitati conſulimus: Ideoq; nullo modo
nullis uerbiſ neque officiales noſtros neq; miniſtros / neq; pri/
uatum quempiam Congregationis noſtrę / ſuper Anniuerſariis
recipiendis paciſci uolumuſ: Sed poſcentibus a nobiſ Anniuer/
ſaria ſingulis annis celebrari / & pro eis offerentibus minus q̃
quinquaginta florenos largoſ de groſſis: reſponderi uolumus
ſimplicibus & nudis uerbiſ / Congregationem laborare magno
onere Anniuerſariorū quę a nobiſ quotidie celebrantur: & gra/
uari magniſ impenſis helemoſynarum / quę quotidie eroga n/
tur fratribus frequentantibus Anniuerſaria & Miſſas celebran/
tibus: quampobrem oportere eos qui Anniuerſaria poſcunt / tri
buere tantum helemoſynarum quantum his celebrandis ſuffi/
ciat / ne Camerarius cogat̄ dare helemoſynam aliorum Anni/

uersariorum pro illis qui minus q̃ satis est contribuerunt. Aliud est enim facere pacta pro Anniuersariis: quod sacris canonibus cautum prohibitumq; est. Aliud est enarrare onera & monstrare impotentiam Congregationis & iniustitiam quæ ex hoc sequeretur. Quod Doctores licere & decere affirmant / trito illo prouerbio: Si uis uiuere mecum porta tecum. Nam si spiritualia nostra metere uolunt: quare & nos temporalia eorum non metemus? Nemo enim unquã militat stipendiis propriis. Tamen Anniuersaria fratrum nostrorum (siqui postulabunt) recipere liceat etiam si pro eis non constituerint ut olim plus q̃ quinquaginta florenos de sigillo: quia ipsi in Congregatione laborauerunt: & animas nostras ac defunctorum orationibus adiuuerunt. Sed hoc decretum comprehendat solummodo fratres qui hodie uiuunt: non futuros: idest qui Cõgregationi nostrę adscripti conspiciuntur Anno ab incarnatione filii Dei Millesimo quingentesimo quintodecimo: idest 1515. Ne si ad futuros hęc gratia se extenderet: nimio damno res Cõgregationis afficerent.

¶ Emptiones: Venditiones: & Locationes uti fiant Constitutio. XXX.

PRædiorum: Domorum: aliarum ue rerum immobilium collegii nostri: Permutationes: Emphytheoses: siue Liuella: Alienationes quocq; alias fieri modis omnibus prohibemus: nisi sũma necessitas urgeat: aut magna utilitas suadeat. Quod cum euenerit: non aliter q̃ nos hoc decreto sancimus: fieri permittimus. Vt. s. dominus Prior cęteriq; officiales diligẽtem examinationẽ: rectumq; cõsilium & tractatũ pro temporis ac rerũ euentu prudẽter habeant. In consultando autẽ ante q̃ suffragià ineant / Antiquiorũ fratrum q prudẽtia & rerũ nostrarũ notitia callrant: opiniones ac sentẽtias exposcant. Consilium n. paucorum est. Si ĩ eam rem plurimorũ opiniones & sentẽtię coierint: primo suffragiis suis id officiales approbent: quorum si duę nigrarũ fabarũ partes conuenerint / approbatũ haberi decernimus. Approbatã deinde suffragiis suis rem / causam / consiliũ /

rationes / damna / utilitas / pretia rerū ex libello omnibus fratribus qui Congregationi interterunt: qui tamen sint legitimus numerus / alta uoce ī medio recitari iubeant: et collegii consensum p suffragia poscant. Annumeratis deinde suffragiis / si duę nigrarum fabarum partes inuentę fuerint / approbatam ab omnibus uenditionem: permutationem: emphytheosim: aliam ue alienationē declaramus. In stipulatione autē confectioneq; contractus / ordinem ac formam iuris / ab Operariis / syndico notarioq; seruari iubemus. Hæc eadem omnia in emptionibus obseruari fieriq; & oportunas necessariasq; cautiones ac uadimonia haberi mandamus. Locationes uero & affictuationes annuas / ut in constitutione de autoritate Operariorum scriptum est / obseruari percipimus. Si contra hoc decretum quicquā uenditum: permutatum: emphytheoticatum / alio ue modo alienatum fuerit: cuius autoritate & culpa factū fuerit / ducatos quattuor Congregationi nostrę persoluat: et siquid damni intulerit restituat: ac de fratrum nostrorum numero abradatur. Huiusmodi autem uenditio: permutatio: emphythosis / alia ue alienatio / superq; ea re factus contractus nullius momentis / nulliusq; efficacię sit.

¶ Funera fratrum nostrorum quomodo curarari oporteat. Constitutio. XXXI.

Aliquo collegii nostri fratre defuncto / Cappellanus noster Priori & officialibus q̄ primum fieri poterit / illius mortem significet: eorumq; cōsilio ac iussu ipse aut eius clericus aut eius nomine quilibet alius / omnes fratres Congregationis nostrę / die atq; hora quam illi constituerint / in cathedtalem ecclesiam sigillatim nominatimq; aduocet. Fratres autē ibi coadunati & coctis omnes induti / pręcedente Cōgregationis nostrę cultitra / quę ad exequias fratrum nostrorum afferri solet / & cereis quattuor / processionaliter suo quisq; loco atque ordine ad exequendum fratris defuncti funus / grauiter ac deuote procedant. Prior & Officiales ad ecclesiam in qua nuper defunctus fuerat

humatus / duos de fratribus nostris septem diebus continuis mittant: qui ibidem quotidie Missas duas pro illius anima celebrent: ut. s. illius animę intra septem dies Missę quattuordecim tribuant. Die tandē septima post illius obitum / oēs fratres qui illius exequiis interfuerunt / in ecclesia ī qua frater humatus fuerat / conuenire: atque ibidem pro illius anima / defunctorum uigilias ac Missas gratis celebrare iubemus. Item decernimus ac iubemus / ut singuli Congregationis nostræ fratres pro fratris nostri [illegible]uncti salute Missas septem celebrent: & qui Missas celebrare non poterunt: aut noluerint: psalmos penitentiales cum letaniis & orationibus pro illius salute septies dicant. Qui ad huiusmodi funus inuitati a Cappellano nostro / neque legitima causa impediti ad fratrem sepeliendum non uenerint / helemosynas ordinarias duas amittant: & Camerarius eas pro Congregatione retineat. Si autem contra hoc decretum illis eas persoluerit: tantundem ipse de suo Congregationi reponat. Fratribus qui sepulturę interfuerint: & septima die nulla legitima causa impediti ad fratris defuncti septimam celebrandam nō uenerint: similiter duę ordinarię helemosynę a Camerario auferantur: & Congregationi tribuantur sub eadem pœna: quam diximus / si hoc non fecerit. Camerarius autem neque pro defuncti fratris exequiis / neque pro culcitra / neque pro cereis aliquid postulet: tamen siquid ei sponte datum pro Congregatione fuerit ad salutem animę defuncti fratris / accipiat: & officialibus statim significet. Ipsi autem super accepta helemosyna defuncti animę / sicut dominus inspirabit / prospicient / ac consulent.

FINIS.

